Vade ad domū. quis eñ corpe nō erat cū eis: mente cuꝰ ſanctitas eoꝝ offendebat iniquitate. Hoc idem faciebat moyſes ꝓcul a caſtris multitudinis figens tabernaculū. qd' cū fuiſſet ingreſſuſ: deſcendebat columna nubis ⁊ ſtabat ante oſtium tabernaculi.

Loqueris ver. mea. Qui ī expoſicōe ſacri eloquij vt auditoribus placeat: aliquid fingit: ſua verba loquit: nō dei. Qui aūt aliter ꝗ is qui ꝓtulit ſenſerit ⁊ ſub alio intellectu ad edificatōem caritatis dn̄i ſunt verba q̄ dicit: q᷑ ad h' ſolū deꝰ nobis ꝑ totā ſacrā ſcripturā loquit vt nos ad ſuum et proximi amorem trahat.

Neq; ad populos multos. Ac ſi diceret. Quid loquar d' ꝓplo

vno: ſi ad diuerſas te mitterem nationes: autoritas ⁊ potentia mea omnē vinceret difficultatem. vtinamq̄ʒ tempus eſſet quo ad omnes miſſurus ſum nationes ⁊ linguaꝝ daturus gratias. vt p̄dicent apl̄i mei ⁊ totū mundū ⁊ diuerſitatē linguaꝝ vna fide ſubdāt meo impio facilius illi audirēt qui ꝓfundi ſunt altiq̄ʒ ſermonis. nihil habentes iudaice leuitatis: ſed graui. ⁊ ſolido incedunt pede. ⁊ cum ignote ſint lingue: note fidei ſunt. Unde ſequit̄. ⁊ ſi ad illos mit. ip. audi. te. ⁊c. Deniq̄ʒ poſtea miſit: ⁊ oēs pariter crediderūt. Un̄. Ecce cōuertimur ad gētes. ⁊ alibi. Nō inueni tātam fidē in iſrael.

Attrita fronte ſunt qui nō ſolum laborare pro his mūdanis nō fugiunt. ſed et in laborib⁹ qui ſibi negant importuni videri nō erubeſcūt. Quibuſdā em̄ ꝑuis mētibus nihil eſt laborioſius q̄ʒ ſi i hui⁹ mūdi laborib⁹ nō laborare ꝓ͂piantur.

Grego. Quo culpa frequēti⁹ cōmittit̄: eo minus cōmittētis anim⁹ verecūdat̄. Un̄. frōs mulieris meretricis facta ē tibi nō erubeſcis

Ecce dedi fa. Grego. Verecūdia in malo laudabilis: i bono eccōtra. erubeſcere malū ſapiētie ē: bonū fatuitatꝭ. vn̄. ē cōfuſio adducēs gl'am: ⁊ ē cōfuſio adducēs pctm̄.

Valentiorē. vt nullo pudore ſupetur Hinc diſcimus quia interdū gracie eſt impudētie reſiſtere. ⁊ cū locus fuerit frontē frōte cōterere: ne noſtra verecūdia: ⁊ human⁹ pudor ꝑtimeſcat inſidias emulorum

† ſ quaſi ne cōtriſteris quia me etiā n. a. cui ſimile. qui vos ſpernit me ſpernit ſ liberū mon ſtrat̄ arbitriū cum dicit̄. nolunt a. m. et cauſe duc. quia. ſ. attrita fronte eſt et duro corde

iſrael nolunt audire te † quia nolūt audire me. Omnis quippe dom⁹

† ſ ſine reuerentia ꝓ impudentiā ſ ſcʒ cordis ſeptuaginta (lxx). contentioſi. ſepe ſcʒ ad ſalutem vocati: audire noluerunt.

iſrl'. † attrita frōte ē et duro corde

ſ tu tamē eſto ſecur⁹ quia e. d. ſ qui erubuerit me corā hominibus

Ecce dedi faciē tuam valentiorē

ſ contra frontē eorum

faciebus eorum: et frontem tuam

ſ vt audeas loq̄ q̄ mēte cepiſti ſ qui ī honore

duriorē frontibus eoꝝ. et vt ada

ſ qui vilis conculcat⁹

mantem: et vt ſilicem dedi faciem

ſ ergo ſ qui auctorē non timent.

tuam. Ne timeas eos: neq̄ʒ metu

† ſ impudentia ſ ideo. ſ. ſ nimis exaſperās eſt. cuius aſperitas tam crebro repetita eſt.

as a facie eorū quia domus exaſperans eſt. Et dixit ad me. Fili

ſ hic eſt cibus voluminis et hec ſunt verba quibus ꝓ diuerſitate audientium ſiue lamenta. vel carmen. vel ve hominibus loquimur. Notandum autem quia ante ſermones dei i corde noſtro cōdendi et diligentius attendendi. et ſic ad populū ſunt ꝓferendi.

hominis omnes ſermones meos quos ego loquor ad te: aſſume in

ſ pri⁹ ſ poſt.

corde tuo et aurib⁹ tuis audi. Et

Ut adamā. Ne ſcʒ ꝑhibitū honorē ab auditorib⁹ refrenetur lingua ex verecūdia. et vt ſilicem ne ꝑ deſpectum ſcʒ taceat ex infirmitate.

Auribus tuis audi. Verba dn̄i audimus dum facimus. et ſic recte. primis p̄dicamus. vn̄ ⁊ ſtatim apte ſunt aures ei⁹ ⁊ ſolutū eſt vinculū lingue eius et loquebatur recte.

Et vade ingre. Hiero. Dn̄s quoq̄ʒ venit ad populū iudeoꝝ patre mittente vt predicaret captiuis remiſſionem. in quo impletur. Captiuam duxit captiuitatē dona dedit hominib⁹.

Ad trāſmigrationē. Grego. Allegori. qui a bonis opibus in ꝑuerſa cadit: a ieruſalem in babilonem venit. vn̄ Adiutor meus nō emigrabo. Nō tn̄ de talibus deſperandū eſt Propheta enim ad tranſmigrationem mittitur. vnde. venies vſq̄ʒ in babilonem ⁊ ibi l.

Si forte audiāt. Grego. Sepe dum ſubditos corrigimus alij corriguntur: alij negligūt. vn̄. plui ſuꝑ vnam ciuitatē: ⁊ ſuꝑ alteram nō plui. Sepe aūt vna eademq̄ʒ ciuitas in ꝑte cōpluitur: in ꝑte areſcit. dum idem audita correctione q̄dam vicia corrigit. ⁊ quaſi complutus in ꝑte fructū facit quedam aūt retinet: ⁊ quaſi in ꝑte incomplūta ſterilis ⁊ aridus eſt.

Et aſſumpſit. Grego. P̄dicatoris mentem ſpiritus aſſumit cū timore dei eleuatā a terrenis deſiderijs facit alienam. vt ſola ſpiritualia agere libeat. vn̄. operamini nō cibū qui perit: ſed qui ꝑmanet in vitam eternam. De loco ſuo. Locus glorie dei: vel ſancta anima: vel angelicus ſpūs. ⁊ gloria dn̄i de loco ſuo benedicit̄. cū vel ab electis hominib⁹ vel a ſanctis angelis autori omniū laus eterna cantatur. In eo ergo qd' iuſti de cōuertēdis peccatoribus cogitant. q2 eorū vicia ꝯſiderando ad carnales actus oculuʒ ducunt quaſi ad babilonem tendūt. qui tn̄ ꝓ ſtatu ſue rectitudinis. quia i

laude dei bona ſanctoꝝ cōſiderare nunq̄ʒ deſinunt: q̄ʒuis ꝑ cogitacōnem alio intendunt: quaſi poſt ſe vocem glorie dn̄i ab hieruſalem, id eſt de loco ſuo audiunt.

Et audiui. Grego. Prophetam vox magne cōmotionis ſequit̄. q2 poſt verbū p̄dicationis penitētiuʒ luctus auditur. qui ante quaſi taciti in peccatis ſuis iacebāt ſecuri. vn̄. requieuit i fecib⁹ ſuis. Hoc pſalmiſta exorat dicens. Qui ſedes ſuꝑ cherubin mo. t. Et alibi. cōmouiſti ter. ⁊ ꝯtur. eam ſana cōtritiōes e. q. c.

Et audiui. Cuʒ ꝓ͂terita iudicia domī animo reuoluim⁹ vocem cōmotionis magne poſt tergum audim⁹. cū futura meditamur ex his q̄ ante ſūt cōmouemur

Hiero. Quia ſpiritus dei erat in eo terrena cōtemnens rapitur a ſpiritu. et audit poſt ſe vocem cōmotionis magne ꝓ͂teritoꝝ obliuiſcēs: et i futurū ſe extendens vt inimicorū inſidias poſt tergum relinqueret. In exodo quoq̄ʒ cū pharao ⁊ omnis exercitus eius ꝑſequebat̄ iſrael angelus i columna nubis deſeruit priora caſtroꝝ: ⁊ veniens poſt tergū tota nocte ſtetit inter iſrael ⁊ egiptios vt ꝓ͂teritis aduerſariis audiret iſrael benedicta gloria dn̄i de loco ſuo

Bn̄dicta glo. Grego. Locus maligni ſpiritus fuerūt corda peccantium. ſed ꝑ penitentiā loc⁹ glorie domī fiūt. ⁊ inde auditur benedictio glorie i laudem dei. Un̄ ꝑu⁹ creatoris iniuria de amore ſeculi miris etiā

† ſ alii in captiuitatē ſ tam mente q̄ʒ corpore.

vade ingredere ad tranſmigratōʒ

ſ id eſt. ſ nō mei quē offendit.

ad filios populi tui. ⁊ loqueris ad eos ⁊ dices eis. Hec dicit domi

† ſ cum ſepe hoc repetitur. tranſmigrati populi duricia ſignatur et prelatis conſolatō datur ne in ammonitōnibus forte a ſubiectis deſpecti contriſtent̄ ſ corde.

nus deus ſi forte audiant ⁊ quie

† ſ quia nō eram in carne: et ambulans ſpiritu. carnis opera nō implebam ſ qui aſſumit manſuetos.

ſcant. Et aſſumpſit me ſpiritus.

ſ conuerſus ad peccatores babylonios quaſi poſt tergum vocem glorie domini audiebat e⁹ locus hieruſalē. id ē viſio pacis. † ſ ire dei ſuꝑ iſrael ſ aff lictionis. penitentie

et audiui poſt me vocem cōmo

ſ Gregorius. plerumq̄ʒ in ſacro eloquio aliquid obſcure dicitur. vt deo mirabiliter diſpēſante multipliciter exponat̄.

tionis magne. Benedicta gloria

ſ anima iuſti eſt locus dei. hoſpiciuʒ dei. vel filius qui dicit. ego in patre. et pa. in m. ſ luce inacceſſibili † ſ ſupra expoſitum eſt ſ q2 ex ipſo luctu penitētiū oriūt̄ virtutes ſanctorū vt tanto magis in bono ꝓficiant. quanto ſe nequius egiſſe meminerunt.

domini d' loco ſuo. Et vocē alaꝝ animalium: percutientiū alteram

ſ poſt ſ teſtamētorū ſ q2 poſtq̄ʒ i honorem venit vita ſcōꝝ venerāda apparuerūt hoībus eloquia teſtamentorum.

ad alteram. Et vocem rotarum

† ſ poſt p̄dicatōnem prima commotio eſt plan

ſequentiū animalia. ⁊ vocē cōmo

operibus ad alta ꝓficiunt vt animalia dei fiant. et ſignis ⁊ virtutibus: ⁊ deſiderio ad alta volent.

De loco ſuo. Unde micheas. Ecce dominus egrediet̄ de loco ſuo et deſcendet ſuper excelſa terre. ⁊ commouebuntur montes ſuper eum. ⁊ tabeſcent valles ſicut cera a facie ignis. et ſicut aqua q̄ defert̄ in ꝓ͂ceps. Deſcendente em̄ ſaluatore a patre. excelſa terre monteſq̄ʒ cōmoti ſunt ⁊ inferiora vallium liquefacta.

Et vocē alarum animalium. Uel vnūquodcunq̄ʒ animal alas ſuas collidebat: vel alterius viciſſim. Una em̄ noſtraꝝ virtutū: alterā ad ꝑfectionem pulſat. vt verbi dei ſcientia: ⁊ miſericordie viſcera. et oēs ſancti ſe viciſſim ſuis virtutib⁹ ad ꝓfectum mutuis exemplis incitant. dum alter miratur in altero: quod nō habet in ſeipſo. vn̄. ſuꝑiores ſibi inuicem arbitrantes. Hoc ergo facit d's in cordib⁹ hominum: ꝙ in regionib⁹ terrarū nō vni oīa tribuit: ſed aliud alij. Niſi enim viciſſim mutuis fructib⁹ indigerent: cōmunionem ad inuicem nō haberēt. Sic ergo oēs vna caritate iungūtur.

Sequētiū animalia. Grego. Quia in ſanctoꝝ patrū vita cognoſcim⁹ quid i ſcriptura intelligere debeam⁹. quia eoꝝ nobis actio aperit. ꝙ in ſuis p̄dicacōib⁹ pagina teſtamenti dicit. Leuauit m. ⁊ aſ. Balaam ꝑ prophetie ſpiritū eleuatus erat. quo longe poſt futura cognoſcebat. ſ͂ aſſumptus nō erat. quia mentem a terrenis deſiderijs: non ſeperabat. Et abij a. Quāto predicatori dulce fit qd' intus videt. tanto i amaritudinem vertitur que foris ſuſtinet. vnde. in multa ſapientia: multa indignatio. Et qui apponit ſcientiam: apponit dolorem.

Et abii. quo ferebar. vel ſublimis impetu ſui ſpũs ferebatur: cupiẽs ire quo dominus imperabat.

Amarus in i. Gre. De achab quoqꝫ dr̃ ad ꝓphetã. Nõne hũiliatũ vidiſti achab corã me. igit̃ nõ inducam malũ in diebꝫ eiꝰ. Vñ colligit̃ quo modo talis amaritudo ĩ ſanctis deo placeat qui amittere deũ timent ſi ſic ei ⁊ in reprobo penitentia placuit qui timebat amittere p̃ſens ſeculum: et quõ g̃ta ſit ſpontanea afflictio ꝑ culpis in eis q̃ placẽt. ſi hoc ad tẽpꝰ placuit et in eo qui diſplicebat.

Amarus in. Gregor. Liber eñ dulcis ĩ ore cordis animum cõtra ſe amarũ facit. vt diſpliceat ſibi placeat creatori.

Manus enim. vt poſſim nomẽ. ſ. ſpeculatoris accipe et docere qđ vidici.

Manus. Greg. Nullus eñ hoc ex toto corde ꝓ dei amore agere p̃ualet: niſi eius aiaꝫ ſpũſſancꝰ aſſumpſerit. Ad bona q̃ppe ſurgere ꝑfecte nõ poſſumus: niſi nos ſpũs ⁊ p̃ueniendo eleuet et ſubſequẽdo ꝯfortet.

Et veni ad trã. Grego. In ꝓphetis ſicut verbis res: ita nõ nunq̃ꝫ rebuſ verba exponũtur vt eoꝝ non ſolũ verba. ſed et res geſte ꝓphetie ſint. vñ. veni ad trãſ. ad acer. no. fru. filios ſcꝫ iſrael quoꝝ patres multi iã mortui erant. de filijs autẽ plures credituri erant. et ad fertilitatẽ boni opis ꝑuenturi. vñ. aceruus frugũ dicunt̃. bone eñ anime fruges dei. vñ. ſancꝰ iſrael dño p̃mitie frugum eius. Primi eñ iſraelite crediderũt gẽtes ſecute ſunt.

gere mala que fecimus. poſt vocem vero alarũ et rotarum. ſecunda eſt magno fletu querere celeſtia bona q̃ audiuimus ſ iterũ ſ ad maiora ſcꝫ ad que predicator ꝑficit dum ſenſus audientium ad dei deſideriũ ꝑuehit. vn̄ dr̃. riuos eius inebrians m. g. e. i. ſ. e. l. g.

tiõis magne. Spiritus quoqꝫ leuauit me ⁊ aſſumpſit me. Et abij
(ſ conſtante tenuit ſ leuatus et aſſumptus)
(ſ intellecta indignatione dei. et ſignificatõeꝫ viſionis mente pertractans ſ hominis. ſ. vñ yſaias. de nocte cõſurgit ſpũs meus ad te dꝰ)

amarꝰ in indignatione ſpũs mei.
(ſ filius ꝑ quem omnia ſ non transfertur propheta ſpiritu. ſꝫ corpore quod de abacuc legit̃ ſ qui ait. ſine me nihil poteſtis facere de quo per moyſen dicitur. leuabo ad celũ manũ meã)

manus eñ domini erat mecum: confortãs me. Et veni ad tranſmigrationem: ad aceruum nouarum frugum. ad eos qui habitãt iuxta
(ſ. ſ. ſ filiorum. ſ aiarũ ſcãrũ ſ. ſ. ſ vt ſupra.)
(ſ predicaturus eis compatitur. quia ſermo libenter accipitur qui a compatiente ꝓfert̃.)

flumẽ chobar. ⁊ ſedi vbi illi ſedebant. et mãſi ibi ſeptẽ diebus merens i medio eoꝝ. Cum autẽ ꝑtrãſiſſent ſeptem dies. factum eſt verbum domini ad me dicens. Fili
(ſ videns eorum ſcelera et iuſtam dei in peccatores ſententiam ſ vt prius videam q̃ꝫ corrigam. ſ qui ſpeculator futurus eſt. et dei verba populo narraturꝰ. multo tempore debet quieſcere et ad ea que videt dolere nihilqꝫ eorum in conſcientia habere que in alijs debet corrigere. ſ quibꝰ tacui ſubaudis)

Ad aceruum. Theſabib hebreũ ſignificat tempus quo noua frumẽta vel ordea cõgregant̃. ⁊ poſt famẽ et penuriam anteq̃ꝫ terant̃ ĩ area ſpeꝫ ciborum aliquã repmittũt. ita iſrael paruus ⁊ tenuis quaſi reuiuiſcẽs ortꝰ qꝫ de terra iudaici populi ſementem promittebat.

Merens. Hiero. Theodotio admirans: vt ſtuporem ꝓphete iniquitates eoꝝ cernentis exprimeret. aquila quieſcẽs: vt q̃uis in medio eoꝝ fuiſſet mente ſepatum ſe oſtendat.

Grego. Merens ꝯpatiens miſeris ſicut ferrũ prius liquatur vt cũ ferro iungat̃. vel q꞉ domus iſrael exaſperãs eſt. nec ꝑ flagella culpã agnoſcit. merens inter gaudentes ſedet vt tacendo oſtendat qđ loqui venerat.

Cum aũt. Grego. Miſſus ad p̃dicandũ fuerat. ⁊ tñ ſeptẽ diebꝫ merens tacebat. quia ille loqui veraciter nouit: qui tacere didicit. Quoddaꝫ eñ nutrimentũ eſt verbi cenſura ſilentij. Vnde. tẽpus tacẽdi ⁊ tempus loquendi. tacendi prius loquẽdi poſterius. Si ꝓpheta ſancꝰ qui miſſus eſt ad loquẽdũ: tacet vt recte loquatur. quãta culpa eſt nõ tacere: quem neceſſitas loqui nõ cogit. Tacendo ergo loqui diſcamus.

Fili hominis. Hiero. Speculator eſt qui ſemꝑ ĩ alto ſtat: vt quidquid venturũ eſt longe ꝓſpiciat. cuiꝰ vita alta debet eſſe ⁊ circũſpecta.

Grego. Predicatorem ſpeculatorẽ vocat. Cui eñ aliena cura cõmittit̃ ſpeculator dr̃. vt in mẽtis altitudine ſedeat. et vocabulũ nomĩs ex virtute actionis trahat. Speculator in alto debet ſtare ꝑ vitaꝫ. vt poſſit ꝓdeſſe ꝑ ꝓuidentiã. vnde. in montẽ excelſum aſcende tu qui euã. ſy. vt ſubiectorũ vitam tranſcendat ⁊ terrenis animum non ſupponat: ⁊ tanto facta eorum ſubtilius videat

Grego. Loqui de deo quiete: valide ⁊ libere mentis eſt. vñ. terra vſqꝫ ad feneſtras. i. terrena cura vſqꝫ ad ſacerdotes. vt ſicut feneſtre clauſe lumen ſubditis effundere nõ poſſint. h̃ obmuteſcant ab officiõ p̃dicationis

Si dicẽte me. Nec ſubiectus ex culpa prepoſiti moritur. nec prepoſitus ſine culpa eſt quãdo verba vite nõ audiens ex ſua culpa morit̃ ſubiectus. Impio eñ mors debetur: ſed ei a ſpeculatore vite via nuncianda. ⁊ impietas increpãda. Si aũt tacet impiꝰ in iniq̃tate ſua m. q꞉ impietatĩ eiꝰ meritũ fuit vt dignꝰ ñ eẽt ad quẽ ſpeculatoris ſermo fieret. ſed ipſe eñ occidit qui tacẽdo morti prodidit.

Si dicẽte me. Hiero. Duo ſunt impij. ſiue iniqui vt. lxx. tranſtulerũt. vnꝰ qui nihil audit a ſpeculatore. ⁊ ĩ ſua impietate moritur. cuꝰ ſanguis de ſpeculatoris manibus querit̃. Alter cui ſpeculator annunciat ⁊ ille ꝯtemnens vicio ſuo morit̃: ⁊ ſpecl̃ator a culpa eſt alienꝰ. vñ intelligimꝰ dñm. ideo impio cõminari ⁊ dicere: morte morieris. vt auertat̃ a via ſua impia ⁊ viuat. Cõminatio eñ nõ in hoĩes eſt: ſed in peccata. nec in eos qui cõuertũtur a vicijs: ſꝫ q̃ ꝑmanent. Magnũqꝫ diſcrimen eſt dei tacere ſermões vel timore vl̃ pigricia vel adulatione. vnde yſaias. Ve mihi quia tacui.

Sanguinem. Greg. Sanguine peccatũ deſignat̃ qđ culpe p̃poſiti ſi tacuerit. imputatur. vñ libera me de ſanguinibꝫ. peccatis ſcꝫ carnis.

hominis ſpeculatoreꝫ dedi te domui iſrael. et audies de ore meo verbum. et ãnunciabis eis ex me
(ſ prius ſ quaſi ne preſumas loqui q̃ nõ audieris. Vnde. Inclinabo in parabolã. a. m. apiã in. p. ꝑ. m. ſ filio ſ doctrine)

Si dicente me ad impium morte morieris. non annunciaueris ei. neqꝫ locutꝰ fueris vt auertat̃ a via ſua impia. et viuat ipſe impius in iniquitate ſua morietur. ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio. et ille non fuerit conuerſuſ ab impietate ſua ⁊ a via ſua impia. ipſe quidem in iniquitate ſua moriet̃. tu autem animã tuam liberaſti. Sed et ſi conuerſus iuſtus a iuſticia ſua fuerit et fecerit iniquitatẽ. ponaꝫ offendiculum
(ſ qua meruit ſ non tua ſ nõ morte corporis: imo anime que ammonitione tua ſemper potuit viuere.)
(ſ ſine te moriet̃. q꞉ in cauſa mortis a te contradicit̃. morti vero cui ñ cõtradicis adiũgeris)
(ſ quaſi nõ ſtatim moriet̃ ſ ne planã viã inueniat et dicat. cõuerſus ſũ ĩ erumna mea duꝫ cõfringitur ſpina)

Si autẽ tu an. Duo ſunt que debet annunciare p̃dicator. fides et operatio. Impietas ad infidelitatem ꝑtinet: praua via ad actionẽ. Debet ẽ ſtudere vt prius ad pietatẽ fidei: poſtmodũ ad viã ꝑtrahat actionis

Tu aũt aiam. Si cuꝰ opus exarſerit detrimẽtũ patietur. Ipſe aũt ſaluus erit: ſic tñ q̃ſi ꝑ ignẽ vt ꝓbet̃ ſcꝫ vtrũ ſpeculator ſine crimĩe ſit mortis eius qui perijt. an reus. Opus eñ magiſtri: ſalus diſcipuli.

Sed et ſi. Sicut duos impios legimus. vnũ qui nõ audiuit ⁊ perijt Alterũ qui audiuit et in nequicia ſua ꝑſeuerauit. Sic duo iuſti ſunt: vnus qui nõ audiuit ⁊ perijt. alter qui audiuit ⁊ cõuerſus: animam ſuã ſaluauit Notandũ q̃qꝫ q̃ poſſit iuſtꝰ cadere: ⁊ ſi magiſtrũ habuerit ad meliora cõuerti. Bona igit̃ opa indigent aſſiduo p̃ceptore ne vel lapſus ab optimo curſu pedem retrahat.

Ponã offendi. Greg. ſ. q꞉ in q̃ offẽderat penitere noluit: cõtemnenti ponit deꝰ vbi grauius impingat. Peccatum quippe qđ ꝑ penitentiã citius nõ deletur: aut peccatũ ẽ ⁊ cauſa peccati. aut pecc̃m ⁊ pena peccati. aut peccatũ ſimul ⁊ cauſa ⁊ pena peccati. vñ moyſes. Nondũ ꝯpleta ſunt peccata amorreoꝝ. Et dauid inquit. Appone iniquitatẽ ſup iniquitatẽ eoꝝ. ⁊ aliꝰ ꝓpheta. Sanguis ſanguinem tetigit. i. pecc̃m peccõ additur. Paulus quoqꝫ ait. vt impleant peccata ſua ſemꝑ. Iohãni quoqꝫ ꝑ angelũ dr̃. Qui in ſordibꝫ eſt ſordeſcat adhuc. Et hic quoqꝫ. Si fecerit iniq̃tatẽ. ponã of. co. e. Quaſi q꞉ videre penitendo noluit vbi iam impegit iuſto eũ iudicio deſerens: ponam ei vbi g̃uius impingat. Hoc aũt non eſt ad peccatũ impellere: ſed a peccato nõ liberare. Sicut illud. Indurabo cor pharaonis.

Obdurare dr̄ deus cū ab induratione non liberat. Non eñ cor peccantis obdurat.

¶ Nō erūt in me. Grego. Hoc nobis maxime ꝯſiderandū eſt: q: cū mala cōmittimus ſine cauſa ad memoriā bona tranſacta reuocamus. qm̄ in ꝑpetratione maloꝝ nulla debet eſſe fiducia p̄teritoꝝ bonorum.

¶ Surgēs e. i. Grego. Seruata veritate hyſtorie diuina eloquia aliquādo ex loco cauſas deſignant. Sicut cū moyſe deſcendēte de monte populo iudeoꝝ in campeſtrib9 lex data ē. Et ezechiel iubet' in campū egredi. Aliquādo ex tēpe. ſicut p̄dicante dn̄o iudeis dicit': hiems erat. dn̄s ergo in medio iſraelitarū ad ꝓphetam locutus dixit: Egredere in cāpū ⁊ ibi loquar tecū. pri9 enim ꝓphetie gratiā iudee dignatus eſt infūdere. et poſtmodū ī latitudine gentium demonſtrare.

¶ Egredere i cā: Hieronimus: Nō in valles confragoſas. nō in rupes p̄ruptas ſed in campi latitudinem que poſſit gloriā dn̄i capere. Vn̄ apl's corinthijs. dilatamini ⁊ vos: qm̄ ingredit' ad captiuos de quib9 dictū eſt. ꝙ inſaniant et ꝓſequant' cū forti manu indige. vt poſſit reſiſtere. qm̄ aūt ingredit' in campū fit ſuꝑ eum manus domini: ſine cuius adiutorio exire nō poterat. ſed nō addit' fortis. quia ad vidēdā gloriā dn̄i nō ad pugnā egredit'.

¶ Grego. Moraliter Egredere ī campū: extra te ſcʒ poſitos corrige ⁊ ab iniq̄tate ꝯpeſce. ibi gloriā dei p̄dicator videt. q: tāto largi9 doctrine gloriā ꝑcipit: quāto ſe in laborem p̄dicatiōis ex amore ꝓximoꝝ extēdit. De campo aūt ad domū redit: vt in his q̄ dicit q̄lis ipſe ſit etiā agnoſcat. Si eñ bene loquit' ⁊ nō bene facit: ad campū quidem loquēdo exit. ſed ſe metipſum cognoſcendo domū redire cōtemnit. In medio domus includit' quādo ꝑ ſpiritus gratiā ad diſcutienda mentis ſue ſecreta reuocatur: vt apud ſemetipſū in deo anim9 q̄eſcat. ⁊ ꝑ exteriores ꝯcupiſcētias nō diſcurrat. vn̄ Tolle grabatū tuū ⁊ vade ī do. t. In domo poſt campum p̄dicator claudi p̄cipit' vt poſt gratiam doctrine quā ꝓximis miniſtrat ad ꝯſcientiā redeat. et ſubtili9 diſcutiat: ne de his q̄ foris p̄dicat. interi9 laudē q̄rat. vn̄ nō ſint alieni ꝑticipes tui. de quib9 ſcʒ dr̄. Alieni inſurrexerūt in m. ⁊ f. q. a. me. dant' ſuꝑ eū vincula. q: q̄nto mag9 ſe diſcutit: tanto āpli9 agnoſcit q̄tis mortalitatiſ ſue īfirmitatib9 ligat9 ſit. vn̄ deſideriū hn̄s diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o. ⁊ dauid inq̄t. vt audiret gemit9 vinculatoꝝ. ⁊ Jeremias. Circumedificauit aduerſum me: vt nō egrediar. aggrauauit ꝯpedē meū. In medio eoꝝ nō egredietur. q: ꝓpter duras mētes auditoꝝ: a bonis quoqꝫ obmuteſcit. Vn̄ ſequitur. Et linguā tuam. a. f. p. t. Aliquādo vero etiam ꝯtra reſiſtentiū linguas: p̄dicantium corda domin9 zelo ſui amoris accendit ne taceant vnde ſubditur. Cum aūt l. f. t. a. o. t. ⁊c.

¶ Et ecce ibi glo. quā ante vidit ambulantē et eleuantē ſe: ⁊ interdū ſtantem. quia iuxta fluuiū hui9 ſeculi chobar: q̄ interp̄tat' grauiſſim9. gloria videbat'. qd ſignificat omnē hui9 mūdi gl'am p̄terfluere ⁊ gradū ſtabilē nō habere. Gloria aūt dei ſtans ⁊ ꝑſeuerans cū ſtat ꝓpheta ī campo videtur q̄ in medio captiuoꝝ nec ſtare poterat nec videri.

¶ Et cecidi i faci. Grego. quia q̄ſquis homo ad intelligenda ſublimia leuatur. ex cōtēplatione tm̄ maieſtatis dei. infirmitatē ſue ꝯdicōnis intelligit: ⁊ quaſi ſtatum nō habet q̄ ſe añ dei oc'los eſſe cinerē et puluerē videt.

¶ Et ſtatuit me. Hoc in campo de ꝓpheta agit'. q: etiā electis gentiū ſpūſſanctus dandus erat qui eos aſſumeret. ⁊ pri9 a ſtatu ſupbie deijceret ⁊ poſt ſuꝑ pedes. i. bona opa ſolidaret. vn̄. greſſ9 rectos facite pedib9 veſtris.

¶ Et locutus ē mi. Grego. Sm̄ hyſtoriam obedientie exemplū nobis ꝑ ꝓphetam tribuit': qui modo huc diſcurrit. mō illuc. ⁊ ſue voluntatis arbitrium ſemꝑ ad dei frangit imperium.

coram eo Ipſe morietur. quia nō
ſ culpa tua. quaſi. viuere potuiſſet ſi magiſter docuiſſet ſ ante caſum. vigilandū enim erat ne caderet
annūciaſti ei. In peccato ſuo mo
ſ retributōis.
rietur. et non erunt in memoria iu
† ſ quia tacuiſti. et quia noluiſti eſſe ſolicit9 in predicatione particeps eris in damnatōne.
ſ prius
ſticie ei9 quas fecit. † Sanguinē
ſ qui cuſtodire debuiſti
vero eius de manu tua requiram
ſ ante peccatum. † ſ etiā iuſtus magiſtro eget. vn̄. ſapiētibus et inſipientibus debitor ſum
Si autē tu annunciaueris † iuſto
vt non peccet iuſtus et ille nō pec
† ſ bene in mundo † ſ in celo
† ſ quaſi magiſterio tuo
cauerit: † viuens † viuet q: † annun
ſ annūciādo.
ciaſti ei. ⁊ tu animam tuā liberaſti
Et facta eſt ſuper me manus dn̄i.
† ſ quia ſedit vbi illi ſedebant † ſ quia ingreſſus iurat ad tranſmigratōem ſ a iudea
⁊ dixit ad me. † Surgēs † egredere
† quia ibi in medio. ſ. captiuorū: gloriā dei videre nō potes.
in campum et † ibi loquar tecum
ſ iubētē dn̄o ingredit' et egreditur ſedētqꝫ cū ſedentibus. quia ſtantem captiui audire non poterāt † ſ gentes q̄ longe lateqꝫ diffuſe
Et ſurgens egreſſus ſum in † cam
ſ in gentibus
pum. et ecce ibi gloria dn̄i ſtabat.
ſ ipſa maieſtas gentibus apparuit que prius ſe electis iudeorū ſpiritu reuelante declarauit
quaſi gloria quam vidi iuxta flu
ſ ſtantem gloriam ferre nō ſuſtinēs ſ viſa gloria
men chobar. et cecidi in faciē meā
ſ ideo ſ vt leuaret cadentem
Et ingreſſus eſt in me ſpiritus. et
† ſ leuauit † ſ qui humiliter tacui † ſ vt in bono opere quaſi ſuper pedes et rectitudine ſtarem.
† ſtatuit † me ſuꝑ † pedes meos. et
locutus eſt mihi et dixit ad me In
gredere: ⁊ † includere ī medio do
ſ ymn9
mus tue. Et tu fili hominis ecce
feriunt iacula que preuidentur ſ mala predicū
data ſunt ſuper te vincula. et liga
tur que paſſurus eſt. in omnibus tamen obediens eſt.
bunt te in eis: ⁊ non egredieris in
medio eorum et linguam tuā ad
herere faciā palato tuo ⁊ eris mu
ſ q: ipſi obiurgatōne indigni.
tus. nec quaſi vir obiurgans. q:
dom9 exaſperās eſt. Cū aūt locut9
fuero tibi. apiā os tuū. ⁊ dices ad
† ſ temp9 tacendi et tempus loquendi ſ aure
eos † Hec dic' dn̄s ds: Qui audit

¶ Ingredere. Gre. De medio popl'i exit ꝓpheta in campū: de cāpo redit in domū. vt p̄dicatō que iudee facta eſt. egrediatur ī gētes q̄bus fide repletis recipiat iudea ſpiritualis doctrine dona que ante amiſit. et includere in me do. t. quia antichriſti tēꝑe ab his gentibus q̄ in infidelitate remanſerūt iudei cōuerſi duris ꝑſecutionibus anguſtiabūt'. vn̄. qm̄ datū eſt gentib9 ⁊ ciuitatem ſanctā calcabūt menſibus. xl. duobus

¶ Ingredere ⁊c. Quaſi q: roboratus es aſpectu domice maieſtatis nihil timeas. ſ3 reuertere in domū tuam. vel ad neceſſitates corpis vt quidā putant. vel in ſignū future obſidiōis. ⁊ q̄'d yſaias diſcalciatus et nudus trium annorū captiuitatem et nuditatem populi nunciauit. ita ⁊ tu claus9 domo ope ipſo ꝓpheta vicinam obſidionem hieruſalem.

¶ Et tu fili hoīs. Qd in domo claudit' qd ligatur quod non egreditur: ſ3 inter multitudinē captiuoꝝ ſolitudinē carceris patit'. obſidionis indicium eſt. que clauſa hieruſalē ⁊ circūdata ab exercitu caldeorum: nullū exire ꝑmittet. Hec eſt olla de q̄ ieremias loq̄t'. et ezechiel in ſequentibus. in qua carnes populi cōſumuntur

¶ Ecce data. Greg. In domo ꝓpheta ligat': qm̄ ab ipſo ſuo genere: iudea fidelis tribulatione ſuſtinebit ꝑſecutionis. preſſa vinculis doloris. et nō egredieris ī medio e. quia ad corda prauoꝝ p̄dicatio nō ꝑueniet. et linguam tuā adherere faciā palato tuo. q: tunc inſtantib9 reprobis: p̄dicatorū ſcientia tacere compellitur. Cū aūt locut9 fuero tibi ⁊c. quia enoch ⁊ helya p̄dicante: multi ex iudeis qui in infidelitate remanſerāt: ad cognitionē veritatis redibunt. Tunc eñ velut in extremo os ꝓphete apitur. cū in p̄dicatione helye ⁊ enoch a iudeis ad fidē redeuntib9. ꝓphetia de chriſto fuiſſe cognoſcitur.

¶ Et linguam t. Aliquādo ꝑ vicio p̄dicantis. aliquādo ꝑ vicio audientis: ſubtrahitur ſermo p̄dicationis. aliquando ꝑ auditorib9 bonis: datur ſermo doctoribus etiam malis. aliquando propter vtroſqꝫ iuſtificandos. aliquando ꝓpter vtroſqꝫ damnandos ſubtrahitur.

¶ Quia domus. q̄ſi tante amaritudinis ſunt ⁊ ꝯtra deum cōtentiōis vt obiurgantē nō mereantur audire. Ex quo patet vbi fuerit multitudo peccatoꝝ. peccantes indignos eſſe qui a dn̄o corrigantur.

¶ Qui audit. Hiero. Scd'a aquile editio. Qui audit audietur. ⁊ q̄ relinq̄t relinquetur. Quaſi qui habet: dabitur ei. ⁊ qui nō habet etiam quod videtur habere auferet' ab eo.

¶ Grego. Qui audit. audi. et qui quie. q. Si eñ quieſcit a malo opere. ⁊ non quieſcat a praua cogitatione. aptatur ei quod dicitur. viderunt eam hoſtes ⁊ deriſerunt ſabbata eius.

Grego. Qui audit verba veritatis: audiat .i. pſeueret· q̄uis videat ali
os negligentes· vñ· Noli emulari in malignantibꝫ ⁊c.
Qui audit au. Hiero. Eiuſdē ſapīe eſt ⁊ tacere ⁊ loqui ꝑ tpe: ⁊ dare cō
ſeruis cibaria in tempe. vñ yſaias. Ad populū nō credentē tacui· Nunqd
ſemꝑ tacebo dicit dñs. Qui igitur ob multitudinē peccatoꝝ tacuit: quia
vidit aliquos poſſe ꝯuerti. de quibꝫ dr̄· Qui audit: audiat ⁊c· aperto ore:
nō ꝓpria voluntate. ſꝫ dñi iuſſione loquit̄ ad populū. Ca. IIII

Et tu fili hoīs.
Grego. quaſi cogno-
ſce quid ſis. ⁊ ſi ſuꝑ te
eleuatus: diuina ſecre
ta conſpicis

Et tu fili hoīs.
Hiero. Mali ⁊ſi tole
rantur ſubito corruūt
et eorum penas infir-
mi ꝯſpiciūt ne culpas
imitent̄. vñ hic iudee
deſolatio ſubiungit̄.
Hiero. Hoc quo
qꝫ ſignū eſt obſidiōis
Laterem ſymachus
apert⁹ laterculū vel
abacum· in cuius pul
uere ſolent grāmas .i.
lineas geometre radio
ſcribere. vñ quidā ꝓ-
bant geometrię ſcien-
tiā attendentes q ie-
ſus exploratores miſit
qui terram deſcribe-
rent· qd geometrie ꝓ-
priū eſt· In zacharia
quoqꝫ angelus habꝫ
geometricū calamum
ad metiendam hieru
ſalem.

Ordinabis ⁊c.
Grego· Predicator
obſidionem ordinat:
cū ꝑ ſancte āmonitio-
nis v̄ba ſingulis vir-
tutibꝫ que vel quibuſ
modis vicia inſidien
tur oſtendit.

ſ lex. qui incredulus eſt incredulus ſit
† ſ mente ¦ ſ corpore ſ a tumultu mundi·
¦ ſ corde ſ nō reuocet̄ exemplo malorum
†audiat· ⁊ qui ¦quieſcit: ¦quieſca:
quia domus exaſperans eſt·

Ca. IIII

ET tu fili ho-
† ſ terrenū auditorē.
minis ſume tibi †late
† ſ intenta mēte qualitatē eius conſide
rando et vitā et intellectū ¦ ſ docendum·
rem: et †pones eum ¦corā te. ⁊ de-
ſ corde ſ gaudia ſuꝑne patrie.
ſcribes in eo ciuitatē hieruſalem.
ſ poſt ſ id eſt. ꝓficienti anime que tēptatio
nes ſequantur innoteſce·
Et ordinabis aduerſum eam obſi
† ſ predicando ¦ ſ quibus v̄bꝫ claudi
tur ne quis exeat.
dionē: ⁊ †edificabis ¦munitiones
† ſ Greg. cōpor· a· terrenas .ſ. cogitatōnes·
¦ ſ quo foſſe complentur. ¦ ſ collectas
malignorum ſpirituū inſidias demonſtrando
Sunt enim quedā ſibi cognata vicia
et †cōportabis ¦aggerē. ¦et dabis
¦ ſ militū cuſtodias ¦ ſ vicia ſingula irru
entia·
cōtra eā ¦caſtra: et pones ¦arietes
¦ ſ irā dñi indomabilē· nullis ꝑcibus flexibilē
nihil enim ferro durius. hec poīt quaſi mur⁹
ferreus vt oſtendat̄ ciuitas ī breui cōfringēda
in giro· Et tu ſume tibi ¦ ſartaginē

Grego· Deſcripta eī hieruſalem in terreno corde ꝓſumpto ſuꝑne pa
cis amore tentatio acrior inſurgit. vñ· fili accedens ad ſeruitutē dei prepa
aīam tuam ad tentationes·
Hiero. Munitiōes que mala munita ꝯtra mentē veniāt: vt vicia ſub
virtutum ſpecie ſe abſcondant. et in alto ſe oſtendant ꝑ imaginem cum
ſint in imo ꝑ actionem.
Et pones arie· Greg· Quibꝫ muri fundamēta quatiunt̄. lapides
diſſoluūtur. Hac deſcriptione ſignificat̄ vrbis vicina captiuitas ſub rege
ſedechia· cui⁹ .xi. anno ⁊ ipſe captus ē ⁊ ciuitas· Poſſum⁹ tñ dicere laterē
in ſuggillationem iſraelis poni. quia in luto ⁊ latere ſeruiuit pharaoni·
Siue vrbs quā putabant firmiſſimā ⁊ inexpugnabilē lateri fragiliſſimo
compat̄. qui ad tactum aquę illico ſoluitur. vt de qua dr̄· Nunquid petra
duriſſima: velut deſerti eſt mons filie ſyon. vertat̄ in laterē: qui inundati-
one babylonica corrumpatur. vñ ꝓpterea adducet dñs ſuꝑ vos aq̄s mul
tas ⁊ fortes reges aſſyriorum.
Et pones arie· Aliqñ eī ſingula vicia hincinde mentem feriunt.
que in giro a predicatore ponūtur. dum oſtendit q̄ꝫ blande luxuria ꝑcutit
q̄m aſpere impacientia occidit et huiuſmodi.
Et tu ſume. ⁊c· Grego. ferrū forte metallum eſt· In ſartagine cibus
frigitur. ꝑ ſartaginem ergo ferream ſpūalis zeli fortis frixura ſignatur: qui
doctoris aīam frigit: quia valde cruciatur: dum videt infirmos ęterna de
ſerere: tempalia querere. vñ. Quis infirmat̄ ⁊ ego nō .i. q̄s ſcan. ⁊c. nō v:
Ita paulus ꝯ vicia ardebat: ſed virtutū alimēta ex ſua afflictione pabat·
Et pones eam· Grego. vt ſi audire is qui docetur noluerit· doctor
tamen ꝑ zelo quē exhibet reus nō fit. et ſecurus ſit in die iudicij· Nullum
deo maius ſacrificiū q̄ꝫ zelus animaꝝ· vñ· Zelus domus tue co. me. Inde
ꝓcipitur vt ſimila oleo ꝯſperſa in ſartagine frigatur .i. munda mens ꝑ ſan
cti ardorem zeli crimetur. ⁊ caritati miſericordie miſceatur. que in cōſpectu
dei ardet et lucet·
Et obfirmabis. Greg. Aliquando ſeuerius agendo. vñ. Filie tibi
ſūt ſerua corpus illaꝝ: ⁊ nō oſtendas faciem tuā hilarem ad illas
Et tu dormies. Hiero. Sub facee filio romelie: qui regnauit ī iſra
el annis .xx. ꝑcuſſo faceia filio manae dño ſuo: theglathphalaſſar rex aſſy
rioꝝ cepit aion et gabel domū maacham ⁊ manoe. ⁊ cedes. ⁊ aſor. ⁊ gala-
ad. et galileā ⁊ vniuerſam terrā neptalim· ⁊ trāſtulit eos in aſſyrios. poſt

ſ ſi auditor corrigi noluerit.
ferream: et pones eam in murum
ferreū: inter te ⁊ inter ciuitatem. ⁊
¦ ſ aliquando ſeuerius agendo· ¦ ſ ſeuerita
tis iudiciū. ſecundū illud· vult⁹ aūt dñi ſuper
facientes mala. v· p· d· t· m· c.
¦obfirmabis ¦faciē tuā ad eam· ⁊
† ſ laqueis temptationū circundatam
oſtendes. vt quanto timidior: tanto vigilanti
or viuat.
erit in obſidionē: et † circundabis
ſ obſidionis ¦ ſ hoc .ſ.
eam. ſignū ¦eſt domui iſrael· Et tu
dormies ſuꝑ latus tuū ſiniſtrum:
et pones iniquitatē domus iſrael
ſuꝑ eo: numero dierū quibus dor
ſ id ē· figurabis captiuita
tem eorum·
mies ſuꝑ illud: et aſſumes iniqui-
tatē eoꝝ. Ego aūt dedi tibi annos
iniquitatis eoꝝ: numero dierū tri
centos ⁊ nonaginta dies: ⁊ porta
bis iniquitatē domus iſrael. Et cū
ſ vel impleueris·
compleueris hec: dormies ſuꝑ la
† ſ id ē. figurabis captiuitatem eorum·
tus tuū dextrū ſecūdo: ⁊ †aſſumes

quem regnauit in iſra
el oſee filius ela· ānis
nouē· captuſqꝫ eſt cū
oñi ſamaria a ſalma
naſar rege aſſyrioꝝ. ⁊
tranſlatus eſt iſrael in
elam ⁊ aber iuxta flu
uium gozan: in ciuita
tes medoꝝ· Sexto au
tē ezechię regis anno
ſicut regum narrat hy
ſtoria: captus eſt oſeę
a quo ſi ſupputem⁹ q̄t
annis iſrael in angu-
ſtia fuerit captiuitatiſ
a ſexto anno vſqꝫ ad
viceſimūnonum· tot
eī ezechias regnauit.
ſunt anni. xxiij· Cui
ſucceſſit manaſſes. lv.
ānis. Poſt regnauit
ammon annis duobꝫ
deinde ioſias annis.
xxxj.· poſt ioachim q̄
et eliachim annis· xi.
Inde ioachim: qui et
iechonias. qui ſtatim
ductus eſt in captiui-
tatē. Pro quo regna
uit ſedechias ānis. xi·
Sub q̄ capta eſt hie-
ruſalem: templūqꝫ de
ſtructū· Fiunt itaqꝫ
a prima captiuitate iſ
rael que ſub faceę fa-
cta eſt vſqꝫ ad vnde-
cimū annum ſedechie
quo templum deſola
tum eſt· anni. cxiiij. A ſecunda quando captus eſt oſeę. ⁊ omnis ſama-
ria ſubuerſa. anni. cxxv· Fuerūtqꝫ anni deſolationis templi. lxx. Qui ad
diti primę captiuitati: faciūt annos· ccxxiiij· In ſcdo enim anno darij tem
plū extructū eſt ſub zorobabel et ieſu ſacerdote magno ꝓphetantibus ag
geo et zacharia· qui regnauit annis. xxxvi. vnoqꝫ ſublato: addūtur anni
eius· xxxv. Poſt quem regnauit xerſes filius darij. annis· xx· Poſt hūc
artabanus menſibꝫ. vij· et xerſes qui ⁊ macroceir. annis· xl· poſt xerſes mē
ſibꝫ duobus· et ſogdianus menſibꝫ. vij· Cui ſucceſſit darius cognomento
nothus: qui regnauit annis. xix. Poſt quem regnauit artaxerſes: qui et
mennon. darij ⁊ pariſatidis filius. annis· xl. qui ab hebreis aſſuerus dicit̄
Sub quo mardochei ⁊ heſter narratur hyſtoria. qñ omnis popul⁹ iſra
el de mortis ꝑiculo liberatus: priſtinā recepit libertatem. Fiuntqꝫ a ſcdo
anno darij vſqꝫ ad extremū aſſueri annum. anni. clv· ⁊ menſes. iiij. qui ad
diti ſuꝑioribus annis. ccxxiiij. faciūt annos. ccc· lxxxix. ⁊ menſes. iiij.
Siniſtre ꝑtes delegantur iſraeli· qui ſine templo ⁊ noticia dei in ſama
ria fuit. Dextre iudę qui in cultu ⁊ religione dei· Et notandū q in altero
ſit pena peccantiū. ī altero virtutis exercitiū. Qd aūt dies ꝓphete. hic ann⁹
eſt pacientibꝫ· ⁊ q̄s annos putabāt. filij laban. iacob erant q̄ſi dies pauci·
Nec ſolū aūt ī ſupplicijs varietas ē ꝓ diuerſitate meritoꝝ· ſꝫ ī retributione
bonoꝝ. agni in dextra. hedi in ſiniſtra. vñ· Cor ſapientis in dextra ei⁹ cor
autem ſtulti in ſiniſtra·
Hiero. Qui aūt voluerit computare a prima captiuitate. que facta eſt
ſub manae filio gaddi rege iſrael. qui regnauit in ſamaria annis. x. quādo
phul rex aſſyrioꝝ ab iſrael mille talenta argenti in tributū accepit. et poſt
eum alios duos annos faceę quos regnauit ī iſrael: inueniet xxix⁹ anno aſ
ſueri compleri. ccc· lxxx. annos quādo heſter fuit hyſtoria. qd credibili⁹ ē·
Neqꝫ eī finito aſſueri imꝑio· ſꝫ eo adhuc regnāte. iſrl' ſeruitutī iugū abiecit.
Dormies ſuper· Hiero. Dextri lateris dormitio ſcꝫ annoꝝ. xl· faci
le computat̄· Poſt heliachim eī qui ⁊ ioachim: regnauit filius ei⁹ ioachī

qui ⁊ iechonias menſib⁹ tribus. Quo regnāte: aſcenderūt ſerui nabuchodonoſor ĩ hieruſalē ⁊ oppugnauerūt eam. Interi3 venit nabuchodonoſor ⁊ regreſſus eſt ad eū ioachim rex iuda ⁊ mater ei⁹ ⁊ ſerui. et pꝛĩcipes ei⁹ ⁊ eunuchi ⁊ ſuſcepit eū rex babilōis. viij. āno regni ſui. ⁊ abſtulit theſauros domus domini. et theſauros domus regie. et paulo poſt tranſtulit omnem hieruſalem. et omnes principes. ⁊ vniuerſos fortes exercitus, decem milia. et omnē artificem ⁊ incluſores relictis tantū pauperib⁹. Quo capto regnauit ſedechias annis. xi. ſub q̄ capta eſt vrbſ. ⁊ tēplū dſtructū cui⁹ ſolitudo vſq3 ad ſcdm darij ānū ꝑmālit. i. annis lxx. Triceſimo aūt dſolatiōis tēpli āno ciꝛ⁹ regnuit in perſis ſubuerſo aſtiage medoꝝ rege. hic iuxta yſaiam. l. ferme milia de tribu iuda remiſit in hieruſalem. ⁊ vaſa templi que nabuchodonoſoꝛ aſportauit. ⁊ ceteraque narrat heſdraſ. Sicut igitur i. x. tribub⁹ a facee ſub q̄ theglathphalaſar iſrae. iraꝝ multitudinem vaſtauit vſq3 ad. xl. annum aſſueri ſupputam⁹ annos ccc. xc. quādo vniuerſi iudaici populi ꝑſecutō mitigata eſt. Sic a pꝛimo anno iechonie qn̄ magna ꝑs hieruſalē3 tranſlata eſt in babylonem: vſq3 ad pꝛimu3 cyri regis ꝑſarum annū q̄ deſolatiōis templi eſt triceſimus ſupputant anni. xl. ſub q̄ iudeoꝛu3 relaxata eſt captiuitas: et libertas ꝑplo reddita

Ecce circū. ⁊c. Hiero. Alia ſunt dn̄i vincula quibus ligamur in ſalutem. Alia dyaboli quibus euāgelica mulier. xviij. annis ligat. vnde. funibus peccatorū ſuorū quiſq3 conſtringitur. quem ſoluit dn̄s in typo laçari ſuſcitati. q̄ faſcijs ⁊ inſtitis vinctus in ſepulchro iacuit.

iniquitatē domus iuda. xl. dieb⁹.
Diem ꝓ anno: diē inquā pro āno
ſ quaſi n̄ ſolū verbis. ſed et geſtu et habitu ꝓphetantis vrbis obſidionē mōſtra
dedi tibi. Et ad obſidionē hieruſalem cōuertes faciē tuā: et bꝛachiū
ſ nudū vel extentū ſ ſic.
tuū erit exertum. et ꝓphetabis aduerſu3 eam. Ecce circundedi te
ſ ne vlla cruciatuū requies ſperetur
vinculis. et nō te conuertes a latere tuo in latus aliud. donec cō
ſ alij cōcluſionis.
pleas dies obſidionis tue. Et tu ſume tibi frumentum et oꝛdeu3 et
ſ alij auenam.
fabam ⁊ lentem ⁊ milium ⁊ viciā et mittes ea in vas vnum ⁊ facies tibi panes numero dierū quibus dormies ſuꝑ latus tuū. Trecentis ⁊ nonaginta diebus come
ſ quaſi qui magis morte3 ꝓhibeat q̄3 vires pꝛebeat.
des illud. Cibus aūt tu⁹ quo veſceris. erit in pondere viginti ſta
ſ a veſpera. ſ. vſq3 ad veſpera3. alij male ab anno in annū intelligendū putant
teres in die. A tempoꝛe vſq3 ad tēpus comedes illud. ⁊ aquā in mēſura bibes. ſextam partem hin. A tempoꝛe vſq3 ad tempus bibes il
ſ ita. ſ. fiant. ſicut ſubcinerici⁹ oꝛdeace⁹
lud. Et quaſi ſubcinericiu3 oꝛdea

Et tu ſume. Hiero. Sicut in famis tꝑe non querūtur delicie. ſ3 quō vtcunq3 venter farciat. Sic ꝓpheta oīa ꝯfundit ĩ vnū facitq3. ccclxxxx. panes q̄s comedat ꝑ ſingulos dies. qui habent vicenos ſiclos. i. ſtateres. Sicl⁹ aūt. i. ſtater h3 dragmas. iiij. dragme aūt. viij. latinā vnciam faciūt. ita vt vn⁹ panis decē vncias habere dicat q̄ trahit mag aīa q̄3 ſuſtentat.

Et facies. Hiero. Notandū aūt q̄ iuxta numerū dieꝝ ſiniſtri lateris ccclxxxx. ſubcinericij panes fiunt q̄ ꝑ ſingulos dies comedant. ⁊ de panib⁹ dextri lateris oīno tacetur. In quo occulte ſignificat nō eſſe eandē penā peculiaris ꝑpli ⁊ pctōꝛs: ſi noticiā dei hēat. ⁊ ei⁹ q̄ a religiōe veri oīno diſcedit.

Et aquam. Hiero. Sterilitatem cib: aque auget ſterilitas. Sextam eīn ꝑtem mēſure hebraice ſc3 hin: iubetur ꝑ ſingulos dies bibere. Poꝛro hin duos choꝛos aticos facit: duos ſc3 ſextarios ytalicos. vt hin ſit menſura iudaici ſextarij noſtriq3 caſtrenſis. cuius ſexta ꝑs: facit terciam partem ſextarij ytalici.

Allego. Iudei poſt offenſā dei vſq3 hodie ſubcinericios panes mixtos comedunt. frumento. oꝛdeo. faba. lente. milio. ⁊ auena. Quoꝝ alter hominū: alter iumentorum cibus eſt. Quia eīn credūt in vnum deum: habent aliquid frumenti. quia vero filium negant: oꝛdeo iumentoꝝ paſcūtur. ⁊ fabis quib⁹ venter inflatur: mens opprimi d̄r. vn̄ pytagoreis eſt cib⁹ deteſtabilis. Propter lētem eſau primogenita ꝑdidit. Miliū ruſticoꝝ ⁊ agreſtiū ⁊ altilium cibus eſt. Vicia vero ſiue auena ⁊ oleribus bruta paſcūtur aīalia. Quod helyas fugiens Ieçabel iuxta. lxx. ſubcinericiū panē inueniſſe d̄r penurie ſignum eſt. vnde. ⁊ a coruis paſcit. vt qui cibū nō inuenit in iſrael: nationū immundaꝝ paſceret alimentis. lex quoq3 quā legunt ⁊ n̄ intelligūt ſubcinerici⁹ panis ē ⁊ optus hūano ſtercoꝛe. vnde paulus. lucra legis ⁊ obſeruatiōes ceremoniarū habet q̄ſi ſtercoꝛa: vt chriſtū lucrifaciat.

ceum: comedes illud. et ſtercoꝛe quod egreditur de homine opies
ne ignoret. ignorātia. n. ſolet miſeriastēperare
illud in oculis eoꝛum. Sic comedent filij iſrael panem ſuum pollutum inter gentes ad quas eijciam eos. Et dixi. Ha ha ha dn̄e deus Ecce anima mea nō eſt polluta. et
ſ quod ſine effuſione ſanguinis moritur.
ſ demonibus
moꝛticinū ⁊ laceratū a beſtijs nō comedi ab infantia mea vſq3 nūc. et nō eſt ingreſſa in os meū omnis caro immūda. et dixit ad me. Ecce dedi tibi fimū boū ꝓ ſtercoꝛib⁹ humanis. ⁊ facies panē tuū ĩ eo. Et di
ſ quod opere futuru3 monſtrauit. ſermone demonſtrat.
xit ad me Fili hoīs. ecce ego ꝯterā
ſ alij firmamentū
baculum panis ĩ hieruſalem. ⁊ comedent panem ſuū in pondere et in ſolicitudine. ⁊ aquā in mēſura ⁊ ĩ anguſtia bibent. vt deficiētib⁹
ſ verbi dei ſ doctrine ſ auxiliū ſperans. humane enim nature eſt in ſummis anguſtijs magis in pꝛimo q̄3 in ſe confidere
pane ⁊ aqua: coꝛruat vnuſq̄ſq3 ad fratrem ſuum. ⁊ contabeſcat in
ſ ꝓ quibus patiunt
iniquitatibus ſuis.

Sic comedēt. Prophete nō modo verbis: ſ3 ⁊ factis pꝛophetiſant. ſicut Eçechiel panem comedit in ſtercoꝛe. ſic filij iſrael. vl̄ oīs popul⁹ iudeoꝝ. vl̄ vt alij putāt. x. trib⁹: panem pollutū comedent in nationib⁹. Licet non cōminetur eis qui ia3 eiecti ſed qui de terra ꝓmiſſionis eijciendi.

Ha ha ha. Hiero. Nō dn̄i ꝯtradicit impio: ſ3 cauſas reddit. imo depꝛecat cur hoc facere nō poſſit. ⁊ impetrat quod petit. et ſententie auſteritas tēꝑatur. Querit cur eçechiel minoꝛa renuat. ⁊ oſee ſtati3 ſe ſcoꝛto copulat: nec caſtu3 coꝛp⁹ ſe habere dicit. aut non debere meretricis cōmixtiōe ſe maculari. Cū teſte apl̄o: vnum coꝛpus efficiat qui adheret meretrici vn̄ oſtendit: nō ſ̄m literam ita fuiſſe in re. ſ3 figuram ſynagoge: vel eccleſie.

Fimum bou3. Leuioꝛa ſc3 mala. Fimus nanq3 boum ab humani ſtercoꝛis longe diſtat immūdicia. vſq3 hodie q̄q3 apud iudeos iſta ſeruatur ſententia vt nō comedant ſc3 panem ſuū ĩ humano ſtercoꝛe. Neq3 eīn ydolis ſeruiunt nec demonū poꝛtenta venerantur. ſ3 in fimo bubalino: dū oīa ꝓpter carnem ⁊ ventrē et terrena bona operantur. vn̄. Qui fecerit ea: viuet in eis. Nos aūt comedimus panem qui de ce. d. De quo. panem angeloꝛū man. ho. nō egiptijs carnib⁹. ſ3 manne tenuitate viuentes.

Ecce ego con. Omnis ſiniſtri ⁊ dextri lateris doꝛmitio: et ſubcinericij panis: ſex ſpecieꝝ varietate cōmixtio: inopiam incredibilem pꝛeſignat quod hic apit. Ecce ego ꝯterā ⁊c.

In eccleſia quoq3 dn̄s iratus indignos nos iudicat ſuo pane. atq3 vtinam ſaltem in pondere ⁊ ſolicitudine eū mereamur accipere ⁊ arentem linguam extremus laçari digitus iroꝛet. vt deficientibus. p. ⁊. a. c. v. a. f. ſ. et it vbiq3 diſcoꝛdia. et chriſti tunica ſcinditur. quam nec milites in paſſione auſi ſunt ſcindere. Contabeſcimus autem in iniquitatibus noſtris. dum nō habemus panem dei. vnde ieremias. paruuli id eſt vulgus eccleſie. petierūt panem. ⁊ nō erat qui frā. Paulus aūt qui vir erat: et ſciebat chriſtū panes fregiſſe legales ⁊ dediſſe diſcipulis erogandos: ꝯfidenter ait. Pa

nis quem frangimus nõne c.ↄ.xp̄i eſt. Baculū aūt id ē firmamētū panis comedere nō poſſunt. q̄ adhuc lacte infantie egēt: nec valent accipere cibū ſolidū. Nihil. autē ſic roborat animū veſcentis: quomō vite panis. q̄ ſcʒ confirmat cor hoīs.

Ca. V

Et duces ꝑ caput tuum. Hiero. Ceſaries ⁊ barba pulcritudinis ac virilitatis indiciū ſunt. quibus raſis feda nuditas apparelcit. et ꝓs bona capitis quaſi emortua. Sic hieruſalem ⁊ populus eius emortuꝰ ⁊ a vino dei corpe ſeparatus. fami. peſtilentie. cedi. gladio. captiuitati ⁊ diſꝑſiōi tradit᷑.

Ex eo ⁊c. Hiero. Sicut machabeorū narrat hyſtoria q̄ndam ꝑtem iudeoꝝ ſe tradidiſſe anthiocho epyphane: et eum in ꝑſecutionē populi cōcitaſſe. et multa alia q̄ in ea ſcribūtur hyſtoria. ⁊ in libris ioſephi ⁊ ꝑcipue diſſenſionē hyrcani ⁊ alexandri. quoꝝ occaſione pompeius in hieruſalē venit. et eam romanis ſubdidit. Poſtea vero ſub tyto ⁊ veſpaſiano vrbs capta eſt: templumq̄ʒ ſubuerſum. ⁊ poſt. l. annos ſub helyo adriano vſq̄ʒ ad ſolum deleta ciuitas pristinum quoq̄ʒ nomen amiſit.

In medio gentiū p. Hiero. Ab oriēte cingit᷑ aſya. ab occidente europa. a meridie lybia ⁊ affrica ⁊ a ſeptentriōe ſcithia et armenia. et perſide et cunctis ponti nationibus. In medio igitur gentium ſita eſt. vt q̄ erat notus in iudea. i. iſ. m. n. e. Omēs in circuitu nationes illius ſequerentur exempla. ſꝫ ipſa circa ſe gentiū poſitaꝝ impietatem ſecuta eſt.

Quia ſuperaſtis. Hiero. quaſi q̄d cauſer ego q̄d in ꝑceptis meis nō ambulatis ⁊ iudicia mea non facitis cū etiam in ſcelere ſupaueritis gētes que in circuitu ve. ſūt. nec feceritis ea que gētes naturali lege in cordibꝰ ſuis ſcripta ſepe fecerūt.

Ca. V.

ET tu fili hominis ſume tibi gladiū acutum: radentē pilos. ⁊ aſſumes eū: ⁊ duces ꝑ caput tuū ⁊ per barbam tuā. et aſſumes tibi ſtateram ponderis: ⁊ di-
ſ famem et peſtilentiam ſignat
uides eos. Terciā partē igni comburēs in medio ciuitatis: iuxta cō-
ſ vel cōputationē.
pletionē dierum obſidionis. Et aſſumens terciā ꝑtem: cōcides gla-
ſ ſo ris cedes et bella. ſ ciuitatis ſ eos .ſ. qui
dio in circuitu eius. Terciā vero
in captiuitate ducēdi ſunt ſ ⁊ inſuper
aliam in ventum diſperges: ⁊ gla-
ſ ne captiuitas ſit ſumma maloꝝ.
diū nudabo poſt eos. Et ſumes in
ſ eos .ſ. qui de captiuitate redituri ſunt
de paruū numerū: ⁊ ligabis eos ſummitate pallij tui. Et ex eis rur-
ſ macedones ſignat ſub quibus habitatores iudee et precipue ieruſalem multa perpeſſi.
ſum tolles: et ꝓijcies eos in medium ignis: ⁊ cōbures eos igni. et
ſ populo ſcʒ iudeorum.
ex eo egredietur ignis in omnem domū iſrael. Hec dicit dn̄s deus
ſ quaſi vmbilicꝰ mundi. vnde operatus eſt ſalutē in medio terre.
Iſta eſt hieruſalem in medio gen-
ſ in exemplū boni
tiū poſui eam. ⁊ in circuitu eiꝰ ter-
ſ econtrario ſ ſequēs exēplū gentiū.
ras. Et cōtempſit iudicia mea: vt plus eſſet impia q̄ʒ gentes: et ꝑcepta mea vltra q̄ʒ terre que i circui-
ſ retroꝛſum.
tu eius ſunt. Judicia enī mea ꝓie-
ſ ꝑficiendo.
cerunt: ⁊ i ꝑceptis meis nō ābulauerunt. Idcirco: hec dicit dn̄s ds Quia ſuperaſtis gētes que in circuitu veſtro ſunt. i preceptis meis non ambulaſtis. ⁊ iudicia mea nō

Quia ſuperaſtis gētes. Hiero. Ad hoc tercio retulit ideo. primo. Ideo hec dicit dn̄s deus ecce ego ad te ⁊c. Secūdo. ideo patres comedēt f. ſ. i m. t. tercio. ideo viuo ego dicit dn̄s. Et notandū quod honeſta ⁊ decora pro merito eoꝝ qui ſuſtinent ſeipſum facere ꝓfitetur. que triſtia ⁊ deo indigna nō ſe facere. ſed tantū fieri dicit vt hic. ideo patres comedēt filios ſuos in medio tui.

feciſtis. ⁊ iuxta iudicia gētiuʒ que in circuitu veſtro ſūt nō eſtis operati. Ideo hec dicit dominꝰ deus
ſ nō aliꝰ. ſ nō ꝑ angelum. nō ꝑ quēlibet miniſtrum.
Ecce ego ad te. ⁊ ipſe ego faciā in
ſ q̄uis iratꝰ nō excedā penarum menſuram.
medio tui iudicia in oculis gentiū
ſ ante. ſ quia ſeruus voluntatē ſciēs domini ſui et nō faciens. va. mul. et potentes potent. t. p.
⁊ faciā in te q̄ nō feci ⁊ quibꝰ ſimilia vltra nō faciā ꝓpter oēs abomina-
ſ in romana obſidione nō ſolū in babilonia
tiones tuas. Ideo patres comedent filios ſuos i medio tui. ⁊ filij comedēt patres ſuos. ⁊ faciā in te
ſ quia romana captiuitate in totū mūdū diſperſi ſunt et hoc eſt i omnē ventum. capillorum barbeq̄ʒ diſperſio.
iudicia ⁊ ventilabo vniuerſas reliquias tuas in omnē ventū. Id-
ſ propter hoc ad hieruſalem.
circo viuo ego dicit dn̄s deꝰ. niſi
ſ me .ſ. deſerens in templo meo ydola coluiſti
ꝓ eo q̄ ſcm̄ meū violaſti in omibꝰ offenſionibꝰ tuis. ⁊ in omnibꝰ ab-
ſ ydola tua
ominatōibꝰ tuis. ego quoq̄ʒ cōfrin-
ſ cū videro afflictiōēʒ veſtram.
gam. ⁊ nō parcet oculꝰ meꝰ. et nō
ſ apoſiopeſis ſ de hoc capitło dictū ē ſupra
miſereboꝛ. Tercia pars tui peſte
ſ lxx. aliter hoc dicūt. ſed ariſteus et ioſephus et omnis ſcola iudeorū. v. libros moyſi tantū a. lxx. tranſlatos eſſe aſſerūt.
morieť. ⁊ fame cōſumeť in medio tui. ⁊ tercia pars tui gladio cadet in circuitu tuo. Terciā vero partē tuā in omnē ventū diſpergam. et
ſ hu-
gladiū euaginabo pꝰ eos. Et cō-
mano affectu loquiť nō q̄ iraſcať. ſed nos per penas atq̄ʒ cruciatus eū iratū ſentimus
plebo furoꝛē meū ⁊ requieſcere faciam indignatōem meā i eis. et cō-
ſ accepta vindicta.
ſolaboꝛ. Et ſciēt q̄ ego dominus
ſ ſub metaphoꝛa viri et vxoris. dū enim vxorem diligit zelotipus eſt. ſi negligit dicit. zelus meus receſſit a te et vltra nō iraſcar tibi
locutus ſum i zelo meo. cū impleuero oēʒ idignatōʒ meā i eis. ⁊ dabo

Similia. Hiero Multo duriora poſt mortem filij facturus eſt. Aliud eſt enim coluiſſe aliquando ydola. aliud dei filiuʒ trucidaſſe.

Ideo patres. Hiero. matres filios deuoraſſe legimꝰ. ſed nec patres filios. nec filios patres

Hiero. In eccleſia ſepe magiſtri ꝯtra diſcipulos ſcʒ patres cōtra filios. et diſcipuli ꝯtra magiſtros. i. filij ꝯtra patres mutua ſeditione ꝯcitātur. vn̄ apl's. Si inuiceʒ accuſatis videte ne ab inuicē ꝯſūmami. Inde ꝓpheta. vt edant carnes meas. Et iob. q̄s det vt carnibꝰ eius ſaturemur. Inſuꝑ magiſtris qui lucra munai nō ſubditoꝝ ſalutem querūt dr̄. qui deuo. pl. m. ſi. ci. panis. De q̄bus aplus. et comedent domos viduaꝝ

Idcirco viuo Hiero. Hocidem ſacerdotibꝰ ⁊ magiſtris dicit dn̄s. ſanctū meū viola. ⁊c. Ego quoq̄ʒ vos ꝯteram atq̄ʒ confringā ⁊ reddam q̄ in populū meum inique egiſtis: cuiꝰ lanis vos tegitis. ⁊ lacte ⁊ caſeo veſcimini. et fractum ac morbidum non requiritis.

Et n̄ miſereboꝛ afflictionis tue: q̄ tu miſereri noluiſti. Beati enī miſericoꝛ. q. ip miſeri. ꝯſe.

Et ſcient q u a Hiero. Nō ꝯſumpti. fame ⁊ peſte ⁊ gladio ſed diſperſi in omneʒ ventū: alioꝝ moꝛtibꝰ ſuiſq̄ʒ miſerijs deum ſentient iratum: queʒ clementem ſcire noluerunt.

Et dabo te i deſertum. Hieronimus Prodeſt hieruſalem in ea vicia deſolari ⁊ in deſertum redigi. et ſua peccata cognoſcere vt que ceteris gentibus in exemplum virtutum eſſe debuerat: ſit exemplum miſeriarum. vt qui dicit: aduena ego ſum apud te. ⁊ p. ſ. o. p. m. vnde alibi. Et nō dixerunt qui preteribant. Benedictio domini ſuper vos vt videant opprobrium eius et doleant.

Sagittas famis ⁊c. Hieronim⁹ Quidquid mali ſuſtinemus; ꝓ peccatis noſtris accidere manifeſtū eſt. vnde ⁊ fames que in regū volumine et ruth. et ſub helya qñ tribus annis ⁊ ſex mēſib⁹ celū clauſū eſt ⁊ ſub helyſeo: cuius ī credibilē inopiam repentina abundantia compenſauit dei indicio miſſa eſt.

Hiero. In nos q̄ꝫ ꝓ peccatis noſtris fames mittit verbi dei. deinde mors: vt q̄ nō audimus: guſtate et videte qm̄. ſ. ē do. ſentiamus mors peccatorum peſſima.

Et beſtias p. Hiero. Beſtię peſſimę in nos mittuntur quando tradimur in paſſiones ignominię in reprobū ſenſum et cōſcientiam peccatorum que excruciāt atqꝫ lacerant animū noſtrū. diſſentiones. hereſes ſciſmata. emulatio. inuidia. detractio. deſideria multa. auaricia que eſt radix omniū malorꝫ: peſſime beſtię ſunt. vn̄. Corripet te preuaricatio tua. ⁊ alibi. Ne tradas beſtijs aīas ꝯfitentes. tibi

Ca. VI.

Mōtes iſrl' audite. Hiero. Tropol' ydola ſubuertenda ſignificat ⁊ aras et cerimonias. poſſumus ꝑ montes iſrael: principes accipere. et eos q̄ ſapiā potētiaqꝫ ⁊ ſcīā ⁊ diuicijs pollebāt. et nota ꝙ facies contra montes obfirmat' nec ſolis mōtib⁹ loq̄t' ſ; et collib⁹ rupib⁹ ⁊ vallib⁹ in q̄bus inferior dignitas ⁊ gd' ſcīe prudentieqꝫ cognoſcitur.

Lō. e. xl. cu. ⁊ la. xx. Vigies. xl. octigē ta faciūt. qui numerus octonario vicinus eſt. Vn̄. date partes. vij. necnō ⁊ octo. Vel q2 p tribulatōes ⁊ angu ſtias hui⁹ ſeculi: ītrā⁹ in ſāctuariū dei. Qua dragita eni numer⁹ la boris ē. vn̄ Moyſes ⁊ helyas hoc numero ie iunant. ⁊ iſrael vexat̄ ⁊ probat̄ ī ſolitudine. ⁊ poſt multos labores trā promiſſionis ingre dit̄. Et dn̄s noſter p̄m aſſumpti corpis fragili tatē tētatur. xl. dieb⁹ ī ſolitudine. vt poſt vi ctoriā accedant angeli ⁊ miniſtrēt ei.

Hier. Et latitu. xx. cu. Cū poſt tribula tōes ⁊ anguſtias dice m⁹ cū aplo. In oībus tribulati ſȝ nō coāgu ſtati. Et cū pph̄a. In tribulati. dilataſti m. Tūc nobis latiſſimus apiat̄ itroit⁹: q̄. xx. cu. habet latitu. Qui ⁊ ip ſe dualis ē numer⁹. vt ſupatiſ mōi certamib⁹ atq̄ terrenis: īgrediāt̄ tēpli penetralia. ⁊ au diam⁹ cum diſcipulis cōfidite: ego vici mōȝ.

Duoſ cubitos Iuxta ſupiorē ſēſum p dualē numeꝝ ingre dimur ad eū locū vbi ſūt ſcāſcōꝝ. vn̄ Et ipſa porta ſex cubitoꝝ ē. p q̄s igreſſi etnā requieȝ poſſidem⁹: q̄ ī ſeptena rio demōſtrat̄.

Lōgitudinē e⁹ xx. cu. Quia an̄ faciē tēpli ⁊ in ipſo introitu ei⁹ p̄teriti laboris atq̄ certaminis nobis mēſura ſēp occurrit. quā em̄ orōȝ ī ſigulis numeris duplex poſſidet due decades habēt eādem.

† ſ qui ſacratus ⁊ perfectus numerus: in quo mē ſe ſeptimo decima die menſis ieiunium propicia tionis eſt.

titudo porte† decem cubitorū erat.

ſ vel humeri. vnde Suppoſuit humerum ad la borandum. in veſte quoq̄ pōtificis humerale cuȝ ratōnali ſtrigitur. vt ratione opera cōpleantur. vn de. A mādatis tuis intellexi.

Et latera porte quinq̄ cubitis hic ⁊ quinq̄ cubitis inde. Et menſus

ſ porte de cuius latitudine ⁊ humeris tātū ſupra dixit

eſt longitudinem eius. xl. cubitoꝝ et latitudinem vigiti cubitorum.

ſ quāuis proficiamus ſemper nobis maior profe ctus apitur. vnde poſt introituȝ templi rurſum in greditur intrinſecus.

Et introgreſſus intrinſecus: mēſus eſt in fronte porte duos cubitos. ⁊ portam ſex cubitoruȝ. ⁊ latitudi nem porte ſeptem cubitorū. Et mē ſus eſt longitudinem eius viginti cubitorum. ⁊ latitudinem eius vi ginti cubitorum ante faciem tēpli. Et dixit ad me: Hoc eſt ſanctum ſā ctoruȝ. Et menſus eſt parietem do

ſ ſancti ſanctorum. † ſ pro fabrica mundi et omni viſibili creatura. que ſex diebus cōdita ē.

mus† ſex cubitorum. ⁊ latitudineȝ lateris quattuor cubitorū: vndiq̄

ſ nō ex vno latere.

per circūitum domus. Latera aūt

ſ alias trium.

latus ad latus bis triginta tria. Et erant eminentia que ingrederētur per parietem domus in lateribus

Hoc ē ſanctū ſanc. Hie. Nota q̄ in deſcriptōe tabernaculi dicūt̄ ſancta ſcōrū pluralit̄. hic ſanctū ſāctoꝝ ſinglarit̄. vt poſt ſancta veniamus ad ſāctū. ſicut poſt multa cātica ad cāticūcāticoꝝ. qd̄ oīm carminū carmē eſt qd̄ canentes ſponſi copulamur amplexibus.

Si an̄ faciē tē. ſāctū ſcōꝝ ē: q̄ntā beatitudinē ī tēpli īteriorib⁹ eſtimare debem⁹. vn̄ Hoc labor ē ī ꝯſpectu meo: donec ītrē ī ſāctuariū dei. ⁊. i. i. n. e.

Quattuor cubi. I. Que q̄ttuor mōſtrāt elemēta. ex quib⁹ vniuerſa cōpacta. ⁊ marie humana corpa. cōtra q̄ ſācti dimicantes ⁊ anīe poteſtati ſubijciētes merētur īteriora ītroire. ⁊ domini arcana cognoſcere.

Latera autē. ⁊c. R. Ipſa latera q̄ in circūitu dom⁹ erant: ⁊ q̄ttuor cubitis a tēpli pariete ſepabāt̄: iūcta ſibi erāt: ita vt vnū lat⁹ aliud lat⁹ cō tigeret. ⁊ haberet ī lōgitudine nō. xxx. ⁊ tres cubitos. ſȝ bis. xxx. tres. i. lxvi. In leuitico dr̄. In ortu maſculi poſt vnā hebdomadā et illā q̄ genuit. ⁊ il lū q̄ genit⁹ ē. xxxiij. iplere dies: vt veniant ad purificatōem. Si aūt genue rit feminā: duplicē obſeruare numerū. id eſt. lxvi. Et q2 vt veniam⁹ ad ſan cta ſāctorū: nō ſolum p̄ma īdigem⁹ natiuitate ſed ⁊ ſecūda: vt nati in carne renaſcamur ī ſpū: ideo nō. lxvi. ſed bis. xxxiij. ponunt̄. vt vtraq̄ natiuitas deo auctori debeat̄: ⁊ elemētis ei⁹. ⁊ duplici circūeāt latera domus: que tē pli fulciunt edificium.

Et erāt eminētia ⁊c. Sācti em̄ viri in multitudine credentiū erum punt p parietē tēpli. Per oīa ſcȝ latera in circūitu: ⁊ cōtinēt eccleſie fūda mēta. ⁊ tn̄ nō attingūt parietē tēpli: tm̄ vidiſ ſe cōtēti: ⁊ de lōge ine narrabilia adoraſſe mi ſteria. videmus em̄ per ſpeculū nūc in enigma te. ⁊ pleniſſima tāgere atq̄ cōprehēdere non poſſumus veritate.

In rotundū. I. Que pulcherria figu ra: etiā apud philoſo phos dū celū ſol luna ⁊ cetera ſydera ⁊ pun ctum tre. ⁊ in hūanis corpib⁹ oculi q̄ſi alta ſydera ⁊ figura capi⁹ qd̄ oīm ſenſuuȝ recep taculū eſt teretes digi ti ⁊ femora ⁊ brachia: hac rotūditate īſigūt̄.

Per cocleam ⁊ in ce. Que deorſum ſunt ip anguſtiora ſūt in ieiunijs ⁊ victus vni us cōtinētia. paulatiȝ q̄ dū ad ſūma cōſcen dim⁹: latior nobis via apitur. vnde. in tribu latōne dilataſti mihi.

In cenaculum R. In regū volumie h̄ cenaculū habuit he liſeus ⁊ helyas. Et in actib⁹ aploꝝ tabita. i. dorcas ⁊ damula nrā q̄ bonis opib⁹ ad ſum ma ꝯſcēderat. Petr⁹ q̄q̄ ſup quē dn̄s eccle ſie fundamenta conſti tuit trāſcēdit cenaculuȝ ⁊ venit ad tectum. qd̄ grece doma. i. tecti ſo larium. ⁊ incognita p̄⁹ ſclō eccleſie ſacramēta cognouit. Saluator quoq̄ in cenaculo ma gno ⁊ lato ⁊ omni ſor de purgato ſtrato: et ad ſpūale ꝯuiuiū para to paſcha fecit: miſterium corpis ſui ⁊ ſanguinis diſcipulis tradit: ⁊ eternā nobis agni immaculati feſtiuitatem reliquit.

per circūitum. vt continerēt ⁊ nō attingerent parietem tēpli. Et pla tea erat in rotundum aſcēdens ſur ſum per cocleam. ⁊ in cenaculū tē pli deferebat per girum. Idcirco latius erat templū in ſuperiorib⁹ et ſic de inferioribus aſcēdebatur ad ſuperiora in medium. Et vidi ī domo altitudinem per circūitū fū data latera ad menſurā calami ſex cubitorum ſpacio: Et latitudinem per parietem lateris forinſecus qui q̄ cubitorū. Et erat interior dom⁹

ſ Symachus. exedras.

in lateribus domus. Et inter gazo philacia latitudinem viginti cubi torum in circūitu domus vndiq̄. Et hoſtium lateris ad orationem.

ſ a quo exar deſcunt mala ſuper terram.

hoſtium vnum ad viam aquilonis et hoſtium vnum ad viam auſtra lem: et latitudinem loci ad oratōeȝ quinq̄ cubitorum in circumitu. Et edificium quod erat ſeparatuȝ verſumq̄ ad viam reſpicienteȝ ad

Sex cu. quinq̄ cu. xx. cubi. His ſignificat̄ q̄ d̄ h̄ mōō. ⁊ d̄ trenis ſē ſib⁹ ⁊ de duali duaꝝ decadaꝝ nūero q̄ refert̄ ad. xx. n̄ ſolū in ſcā ſcōꝝ: ſȝ ⁊ ī cenacula eoꝝ meremur aſcēdere ⁊ ſp hēre ī mēoria: q̄ p ſex dies cōditōis nrē ⁊ p. v. ſēſus: ⁊ p. xx. cubita latitudis aſcēderi⁹ cenaclm tepli. ⁊ trenā hūilita tē ſēſuq̄ lre relīq̄ntes trāſierim⁹ ad ſūmitatē ecclie: ſpūſq̄ ꝯſortio gaudeā⁹.

Et hoſtiū la. Pulchre ī hoſtio ꝯtra aq̄lonē loc⁹ orōis ē vt ſcōȝ aplȝ ſine itmiſſiōe orem⁹: ⁊ cū hieremia dicā⁹ n̄ taceat pupilla o. m. vel p̄ntia mala vitare cupiētes. vel p p̄citi grās agētes. In tabnaculo ei h⁹ corpis ſp īgemi ſcim⁹. dicimuſq̄ Miſer ego hō q̄s me liberabit de corpe mortis huius.

Et ho. v. a. v. a. Hie. P⁹ frig⁹ eī aq̄loīs trāſim⁹ ad auſtralē caloreȝ ⁊ tn̄ rurſū orōis q̄ri⁹ locū. ī aq̄lōis hoſtio vt euadā⁹ picl̄a. ī auſtrali vt agā⁹ grās p p̄citi. ⁊ ſit nob victorie ſecura poſſeſſio. q̄nq̄ aūt cubiti ⁊ in hoc loco diuinos indicāt ſenſus: p quos de trenis ad altiora aſcendimus.

Et edificiū quod erat ſeparatū. Vt ſcȝ poſt labores et pericula et

ſeculi iſtius fluctꝰ atq̃ naufragia. de quibꝰ hieremias ſcribit ⁊ daniel ⁊ za charia ⁊ verū ⁊ legitimū. vij. decadarū ſabbatū cōſequamur: ⁊ ſit nob eterna requies. Et ꝑ. v. cubitoꝝ latitudinē: veniamꝰ ad longitudinē nonaginta cubitoꝝ. In qua etate de repromiſſione ſara filiū genuit. que nonaginta annoꝝ. i. nouē decadaꝝ pepit yſaac iūcta abrahā cētenario. i. decē decadarū habēti myſteriū.
Qui numerꝰ q̄d ſignificet: ſequēs ſcriptura mōſtrabit

Centū cubito. Hier. Qui nūerꝰ ꝑfectꝰ ē. x. decadarū. vt ⁊ mente ⁊ ſermone ⁊ opibus dn̄o ſeruiamus. recordātes illud apoſtoli. vt poſſimus ſcire q̄ ſit latitudo ⁊ lōgitudo ⁊ ꝓfūdū ⁊ altitudo.

Et feneſtras obliquas. Hie. Ignoſce lector difficultati et veniam tribue cōfitēti ꝑ feneſtras eni obliq̄s ⁊ in modū rhetis fcās. ⁊ que ſēper clauſe ſunt aſpicimꝰ. ⁊ vix vſq̃ ad interiorē domū: cordiſ noſtri oculū poſſimus itromittere: vt oīa que cernimus: in vmbra videamuſ et imagine. vt cum apoſtolo clamemus. o profundum diuitiarum ſapientie. et ſ. o. ⁊c. Quis ꝯgnouit ſēſum domini: niſi magni conſilij angelus. q̄ ſua poteſt dignus apire myſteria

Hecthecas. Quas rome vocāt ſolaria de cenaculorum parietibus eminentia vel meniana ab inuentore. que nonnulli grecorum exoctras vocāt

Faciē hoīs iuxta palmā ⁊c. Rabanus. In principio ſubiacemus cōcupiſcētie que refertur ad vituluz: propter terrena opera. Et alia ſūt carnalia alia ſpiritualia quorum extremum aq̄le deputatur. Cuz autem intrauerimus ſancta ſanctorum: ⁊ poſſederimus interiora templi: nichil indigemus niſi ratōne ⁊ fortitudine. quoꝝ alteꝝ ad ſēſū atq̃ ꝓuidētiā. alterum ad animi refertur perſeuerantiam. Omnis igitur paries per circūitum templi a pauimēto vſq̃ ad laq̄aria cherubī habebat et palmas mira arte celatas. Poſt que aperiebatur ſanctuarium per quattuor angulos: cōtra faciem ſanctorum. Prius enim habemus ſcientie multitudinem. per quam de hoſte victoriam. et poſtea nobis ſanctuarium aperitur et templum q̄d habet quattuor angulos. id eſt. ſtationem firmiſſimam. que in nullam vergat partem. Quadrangulus enim ſtabili firmatur baſi. et in myſtico numero: quattuor elementa ex quibus conſtant omnia ſolida et perpetua ſignificat. Cuncta vero contra faciem ſanctuarij aſpiciebant: ante quod ſanctuarium erat ſpecies altaris lignei

mare latitudinis. lxx. cubitorum. Paries autez edificii quinq̃ cubitorum latitudinis per circūituz: ⁊ longitudo eius nonaginta cubitorum. Et menſus eſt domus longitudinē centū cubitorum: et quod
ſ. a ſanctis ſanctorū
ſeparatum erat edificium ⁊ parietes eius longitudinis centuz cubitorum. Latitudo autem ante faciē domus ⁊ eius quod erat ſeparatū contra orientē centum cubitorum Et menſus eſt longitudinem edificii contra faciem eius quod erat ſe
ſ. alii poſt dorſum
paratum ad dorſum hecthecas ex vtraq̃ parte centum cubitorum: ⁊ templum interius: ⁊ veſtibula atrii limina ⁊ feneſtras obliquas: hecthecas in circūitu per tres partes
† ſ. ipſum templū.
contra vniuſcuiuſq̃ limen. †ſtratū
ſ. ſapiētie ⁊ vite quod eſt in paradiſo
q̃ ligno per girum in circūitu. Terra autē vſq̃ ad feneſtras: ⁊ feneſtre
ſ. vſq̃ quo veniat quod perfectum ē.
clauſe ſuꝑ hoſtia: ⁊ vſq̃ ad domū interiorem ⁊ forinſecus per omnē parietem in circūitu intrinſecus ⁊
† ſ. nihil enim abſq̃ menſura ⁊ rōne in tēplo dei.
forinſecus ad †menſuram. ⁊ fabre
ſ. In lignis ſcʒ que a pauimēto vſq̃ ad feneſtras pertīgebāt. ſ. multitudo ſciētie.
† ſ. ſignum victorie. ſ. poſt ſcientie multitudinē.
facta cherubin ⁊ †palme. ⁊ palma i
ſ. vt vnū duarū palmarū lateribus vallaret
ſ. non quattuor vt ſu
ter cherub ⁊ cherub. Duaſq̃ facieſ
pra. homīs ſcʒ ⁊ leonis vituli ⁊ aquile
ſ. in quo ratio.
habebat cherub. Faciem hominiſ
iuxta palmā ex hac parte. ⁊ faciem
ſ. in quo furor: qui ſignificātiꝰ grece timos. non ille qui perturbatōni ⁊ vicio proximꝰ. ſed qui mētis cōſolidat mollicicem. ⁊ animum dimicantiſ facit fortiorem.
leonis iuxta palmā ex alia ꝑte exp̄ſſā. Per omnē domū i circūitu: de terra vſq̃ ad ſuperiorem partē cherubin ⁊ palme celate erant in pariete templi Limen quadrangulum ⁊ facies ſanctuarii aſpectus cōtra aſpectum. Altaris lignei trium cubitorum altitudo: ⁊ longitudo eiꝰ duorum cubitorum: ⁊ anguli eiuſ ⁊ longitudo eius ⁊ parietes eiuſ li
ſ. vir ſcʒ qui in abdita templi me introduxerat.
gnei. Et locutus eſt ad me: Hec ē
ſ. Altare ligneū quod angulos habet ⁊ cornua. quod ſcʒ in ſimilitudine rubi ardens nō cōburitur de qua paraſti in cōſpectu meo m. a. e. q. t. me.
† ſ. vtriuſq̃ teſtamenti ſacramēta.
menſa coram domino. †Et duo hoſtia erant in templo ⁊ in ſāctuario
ſ. vt in hiſtoria ſpiritalem habeamus intelligentiam. ⁊ in tropologia hiſtorie veritatem. alterum enī altero indiget.
⁊ in duobus hoſtiis ex vtraq̃ parte bina erant hoſtiola: que in ſe inuicem plicabantur. Bina enim hoſtia erant ex vtraq̃ parte hoſtiorū Et celata erant in ipſis hoſtiiſ tem
ſ. de quibus ſupra dictū ē.
† ſ. vt poſt ſciētie plenitudinē intrantibus. victoria prebeatur.
pli cherubi. † ⁊ ſculptura palmarū ſicut in parietibꝰ quoq̃ expſſa erāt Quāobrē erant ⁊ groſſiora ligna i veſtibuli fronte forinſecus. ſuper que feneſtre oblique ⁊ ſimilitudo
† ſ. poſtibus ſuperliminaris
palmaruz hinc atq̃ inde in †humerulis veſtibuli †ſcd̄m latera domꝰ
† ſ. nihil enim in tēplo dei abſq̃ menſura ⁊ ſapientia.

Altaris lignei. In quo ignis ſuccenditur. id eſt. menſa thimiamatis que nichil ab igne patitur: ſed in igne fit purior. ſicut ſanctorum opera: de quibus apoſtolus. Vniuſcuiuſq̃ opus quale ſit ignis probabit: Non pereunt ſed igne puriora et clara fiunt. Sic altaris ligna que de lignis ſunt paradiſi: igne viciorum nō cremātur. ſed puriora redduntur. non miruz hec de ſanctuario et interioribus templi et altari thimiamatiſ credi cum etiam ancanton ligni genus. vel ligni ſimile: cum plus arſerit mundius fit.

In duobus hoſtiis. ⁊c. Solent enī in maioribus triclinijſ bina hoſtia herere ſibi atq̃ coniungi: vt maior introitus nona duabus ⁊ ingentibuſ ſed quattuor minoribus claudatur vel aperiat foribꝰ.

Groſſiora ligna. ⁊c. Ut firmitatem haberent et celaturam poſſent recipere. Iuxta intelligentiam ſpiritualem firmiora ⁊ celata ſunt hoſtia vt firmitatem habeāt et pulchritudinem: ne quis ſancta ſanctoruz ſimilis ozie poſſit irrūpere. et ſibi ſacerdotium vēdicare

Super que feneſtre oblique. ⁊c. Hieronimꝰ. Uel abſcōdite: vt ipſum quoq̃ lumen quod prebebatur intrinſecus: non haberet et perfectam ſcientiam: nec clarum lumen ⁊ cunctis patēs ſed mīſtis ex parte eſſz abſconditum. quia videmus nunc per ſpeculum in enigmate. tunc autem facie ad faciem Et nondum nouimuſ ſicut oportet nos ſcire Cum autem venerit quod perfectum ē: euacuabitur quod ex per. eſt.

Hinc atq̃ inde in humerulis veſtibuli. ⁊c. Pulchre nō poſuit dexteram et ſiniſtram. ne quid ſiniſtrum in his que magna ſunt et archana dicere videretur. ſed hinc atq̃ inde. vnde. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam prebe ei et alteram. In ſancto enim viro vtrunq̃ perfectum eſt.

C. XLII.

Et eduxit me. Voluerã de ſpatõe ⁊ magnitudĩe rei pñs teſtimoniũ in ſecreto pterire: ſed meli⁹ arbitrat⁹ ſũ qđcũqꝫ dicere ꝙ oĩno nihil dicere aſſumẽs illud ſocraticum: Scio ꝙ neſcio. Pars em̃ ſciẽ ſcire ꝙ neſcias

Viã ducẽtẽ ad aqui. Hoc ⁊ ſupra viderat anteꝙ̃ interiora pene traret: ſed aliter videmus perfectam habentes ſcientiam: aliter in principio diſciplinę. Et neceſſe eſt: vt qui interiora cõſpexerit: ſcđm eandem formam atqꝫ mẽſuras ⁊ recondita ſacramẽta ⁊ quę exteriora ſunt videat.

Ducentẽ ad aquilonem. Reſpicientẽ ſcꝫ aquilonis partes: ſed non in aquilone poſitum: vt facilior eẽt trãſitus his qui aquiloĩs frigora relinquebant. a quo exardeſcunt mala ſuper terram. Legimus in numerorum libris dan ⁊ neptalim ⁊ aſer tribus filiorũ ancillarum rachel ⁊ lyę: ad aquilonis plagam caſtra tenuiſſe. Nunc quoqꝫ in facie longitudinis .c. fuiſſe cubitos hoſtij aquilonis ⁊ lateris quĩquaginta. vt ex decem decadibus quadrangulus numer⁹ atqꝫ pfect⁹: ⁊ ex. vij. hebdomadibus qui remiſſionis eſt numerus: ⁊ ĩ principiũ ogdoadis q̃ ſi vnionis erumpit: ſacerdotalia ĩ tẽplo dei ſpacia monſtrent᷑.

Contra vigiti cu. a. in. Significat ꝙ exterioris atrij cẽtenarius ⁊ quĩquagenarius eandẽ vim habeat quã vigenari⁹ atrij interioris. Si enim q̃tuor quinquies ſuppntes: in vicenario vtrũqꝫ reperies teſtamentũ vt et lex teneatur ĩ euãgelio: ⁊ euangelium a legis ñ recedat radice.

Et contra pauimẽtum ſtra. la. Rx. Significat autẽ ꝙ pauimẽtum atrij exterioris lapide viuo fuerit ſtratum. vt nec puluere eſtatis nec luto hyemis: ſacerdotum veſtigia polluant᷑. vnde et dominus aſcenſur⁹ ad patrem: apoſtolorum pedes lauit: vt ſcandãt regna celorum mundis purgatiſqꝫ veſtigijs. Qui et ait: Excutite puluerem de pedibus veſtris. vt ſcꝫ munerum terrenorum ab illis apud ſe nihil remanere patiant᷑.

latitudinemqꝫ parietum.

C. XLII.

(poſtq̃ꝫ interiora diligentius cõtemplatus ſum.)

ET eduxit me in atrium exteriuſ per (alias vergentem.) viam ducentem ad aquilonem. Et (vel introduxit.) († lxx. exedrã. theodociõ paſtophorion. i. thalamum.) induxit me in †gazophilaciũ quod (eos ſcꝫ ſuſcipiens qui ab aquilone veniebant.) erat contra ſeparatũ ędificium: ⁊ cõtra ędem vergẽtem ad aquilonẽ (habet.) in facie longitudinis centum cubitos hoſtii aquilonis. ⁊ latitudiniſ quinquaginta cubitos cõtra viginti cubitos atrij interioris. et cõtra pauimentum ſtratum lapide atrii (ab imbre ⁊ eſtu protegens ſacerdotes) exterioris: vbi erat porticus iũcta (alii exedras alii thalamos.) porticui triplici. ⁊ ante gazophilacia deambulatio decem cubitorũ latitudinis ad interiora reſpiciẽs († exedrarum vel gazophilaciorũ que erant ĩ ſuperiorib⁹ humiliora. vnde. Quãto maior es. humilia te in omnibus. ſicut paulus dicit. Non ſum dignus vocari apoſtolus.) vię cubiti vnius. †Et hoſtia earum († theſauri gazarũ domini.) ad aquilonẽ vbi erant †gazophilacia in ſuperioribus humiliora: q̃ (que ſcꝫ fruebantur libero aere) ſupportabant porticus quę ex illiſ eminebant de inferioribus ⁊ đ mediis ędificii. Triſtega enim erant: et non habebant columnas ſicut erant columnę atriorum. Propte

Ubi erat porticus iuncta por. tri. ⁊c. Raba. In quo monſtratur myſterium trinitatis: quod cum in patris et filij ⁊ ſpiritusſancti noĩa diuidatur: vna tamẽ ſibi diuinitate coniungitur.

Decem cubitorum latitudinis. Perfecti numeri ſcilicet vel propter legis decalogum: vel euangelij ſacramentum. Si enim ab vno per duos et treſ ad quartum venias: denarius et euangeliorum numerus efficitur: in cuius latitudine deambulant ſacerdotes ante ſingula gazophilacia gradientes.

Ad interiora reſ. vi. cu. vnius. Rabanus. Semper enim debẽt ſacerdotes ad interiora vię eius reſpicere: quę ducit ad cubitum vnum. id eſt. vnius deitatis cultum. Unde. Reuelaui nomen tuum hominib⁹. Ipſa eſt enim via interiora reſpiciens: quę dicit Ego ſum via veritas et vita. Nemo enĩ venit ad patrem niſi per filium.

rea eminebant de inferioribus et (edificii.) (numerus remiſſionis omnium debitorũ.) de mediis a terra cubitiſ quinquaginta. († murus exterior qui cingit gazophilacia) Et †peribolus exterior ſcđm gazophilacia quę erant in via atrij exterioris ante gazophilacia. Lon(vt ſupra.)gitudo eius quinquagita cubitorꝫ quia longitudo erat gazophilaciorum atrii exterioris quinquaginta (que erat inter templũ ⁊ aquilonarem domũ.) (atrii ĩterioris.) cubitorum: et longitudo ante faciẽ templi centum cubitorũ. Et erat ſubter gazophilacia hęc introit⁹ ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriori in latitudĩe peribo⸗li atrij quod erat contra viam oriẽ⸗talem in faciem ędificij ſeparati. Et erãt ante ędificiũ gazophilacia ⁊ via ante faciem eorũ iuxta ſimilitudinem gazophilaciorũ q̃ erant († id eſt. longitudo erat ſimilis latitudini. id ẽ. eadem menſura per quadrũ.) ĩ via aquilonis †Scđm longitudinem eorum ſic ⁊ latitudo eorum. Et omnis ĩtroitus eorum et ſimilitudines ⁊ hoſtia eorum: ſcđm hoſtia (eandem habebãt menſuram et ſimilitudinem: quam et gazophilacia que erant in via reſpiciente ad auſtrum.) gazophilaciorum quę erant ĩ via reſpiciẽte ad (vel auſtrum.) nothum. Hoſtiũ in capite vię: quę via erat ante veſtibulum ſeparatum p viã oriẽtalẽ

In ſuperioribus. Cenaculiſ. Unde in pſalmo. Rigans montes de cęnaculis ſuis. Niſi enim quis mons fuerit et ad altiora ſurrexerit pluuijs domini non irrigabitur. Qui pro diuerſitate meritorum: de pmo ſecundoqꝫ ⁊ tercio irrigantur cęnaculo.

Eminebant de inferioribus. ⁊c. Ut ſecundum pauimẽto inferioris domus cęnaculum eminentius eſſet. et tercium ſecũdo excelſius. et quanto q̇s ad ſuperiora conſcenderet: tanto altiori vteretur cenaculo: quod ab humilitate creſcebat. Unde Qui vult inter vos eſſe maior: fiat omnium minimus.

Triſtega. Deq̇bus. Deſcribe ea tripliciter conſilio ⁊ ſcientia vt reſpondeas ſermone veritatis. Inferiora et exteriora colũnis indigent: altiora ⁊ interiora columnarũ id ẽ. alieni auxilij vſũ nõ habent.

Gazophilacia. Cantorum cuſtodientium altare quorꝫ erat taliſ latitudo ꝙ̃ longitudo. c. l.

Centum cubitorum. Non quinq̃gita vt gazophilaciorũ. vt poſt oĩm peccatorũ ſcꝫ remiſſionẽ: pfecta pmia ĩ cẽtenario numero pſtolemur

Et erat ſubter gazo. h. in. Oportꝫ enĩ nos dei poſſidere diuitias. ⁊ đ atrio extũori ſub gazophilacio oriẽtis ĩtroitũ repire. ⁊ p altitudinẽ piboli q̃ reſpicit viã oriẽtis venire ad ędificiũ: qđ ſcis ẽ ſepatũ. añ q̃ ſũt gazophilacia. ⁊ in ipſa via ſilitudo gazophilacioꝝ q̃ erãt ĩ via aq̃loĩs. Licꝫ em̃ ad oriẽtis pueniam⁹ ĩtroitũ: tñ ſilitudo maioꝝ ẽ ĩ minorib⁹. ⁊ nõ poſſum⁹ ad oriẽtis lumẽ puenire: niſi p viã aq̃lonis. i. p minora ⁊ humiliora ad maiora ⁊ altiora ſuſpiremus.

Ad nothum. Hiero. Per oriẽtẽ q̇ppe aq̃lonis frigora relĩquẽtes: puenim⁹ ad auſtꝝ: ĩ q̊ ſpõſus recubat ĩ meridie. i. ĩ pleno verſat᷑ lumine

Hoſtium in ca. Quod niſi aptũ fuerit ab eo q̇ dicit: ego ſũ hoſtiũ et qui habet clauem dauid ad veſtibulum ſanctoꝝ virtutibus ſeparatum

⁊ quod ab aquilone venīētes ſuſcipit: nō poſſumus ꝑuenire.

Gazopilacia aquilonis. ⁊ gazo. au. Ra. Puto eſſe quę vel hiſtorię contineāt ſimplicitatē vel ītelligētiā ſpūalem. vt per aquilonē veniam⁹ ad meridiē: neq; enī ſic legenda ē littera: ⁊ hiſtorię iacienda fundamenta: vt non veniam⁹ ad culmina: nec ita pulcherrimo ędificio deſuper tecta ponēda: vt nō ſint ſolida fundamēta:

In quibus veſcuntur. Hinc diſcimus multas eſſe ciboꝝ diuerſitates. quibuſ veſci ſacerdotib⁹ licet vel nō. ⁊ quoſ licet in ciboſ ſumere: nō in oīb⁹ ſumātur locis. vel ab oībus vel omni tpe

Sacerdotes qui appro. Raba. Sacerdotes aūt q̇ veſcunt̄ in cellarijs in q̇bus ſūt multę diuitię ipſi ſunt qui appropīquāt ad dn̄m. de q̇b⁹ ſcriptū eſt: ꝙ moyſes appropinquauerit ad dominū alij nō potuerūt. In ędificatiōe miſtici tēpli ⁊ eccleſię ſacramēto multi ſunt ſacerdotes ⁊ aplici viri q̇ accedūt ad dominū ⁊ nō in quelibet locū ſed ī ſācta ſanctorum. ibi ponent. ſ. ꝛc.

Et oblationes ꝛc. Vt nō modo ingeofferāt ſacrificiū. ſed ꝑ diuerſitate tēporum: ⁊ qualitate peccati ⁊ ignorātię: ſciant placare dn̄m: locus ei ſāctus ē ⁊ in eo ſacerdotaliſ dignitas cōmoratur

Non ingredientur. Ad eos ſcʒ q̇ non poſſunt tēpli adita penetrare. nec diuinę ſcientię arcana cognoſcere. cū veſtimētis quib⁹ int⁹ īduti erant: viſcera mię ⁊ dn̄m ſaluatorē. vn̄: Induimini dominū ihеſū xp̄um. nec his vtētur ſermonib⁹ de quib⁹ loquit̄ deus Miſteriū meū mihi ⁊ meis: ne dent ſāctū canibus ⁊ margari. por.

Et ſic procedēt ad ꝛc. Sic loquētur ad populum. qūo pōt audire pp̄ls. vn̄ ē illud Lac potū dedi vobis nō cibū ſcʒ ſolidū cibum nondū enī capere poteratis. Et illud. Filioli mei quos iterū parturio: donec formetur xp̄s in vobis. Paruulis enī atq; lactentib⁹ nō ſolū nō ꝓdeſt ſolidus cib⁹: ſed eos īterficit. q̇ ꝑfectę etatis hoīb⁹ congruit.

Per circūitum. Alij ſimilitudinē nō ipſā domū: q: videmus nunc per ſpeculū in enigmate. cum aūt venerit qd̄ perfectū ē eua. quidē ex parte eſt. Vn̄ ⁊ moyſes in tabernaculo. ⁊ ſalomon in tēpli ędificio nō veritatem tentorij et templi: ſed ſimilitudinem figurāq; fecerūt. vt ꝑ minora ⁊ terrena celeſtia intelligamus et ſpiritualia.

Cunq; compleſſet. ꝛc. Oſtēdit oīa q̄ ſupra dicta ſūt ī foriſecis et īterioꝛib⁹ tēpli. i. ſācta ſāctoꝝ. ꝓprie ad tēpli ędificiū ꝑtinere. ⁊ tēpli īterioriſ Vnde ſequit̄. Eduxit me ꝑ viā por. quę reſpi. ad viā oriē. ⁊ mē. eſt. ꝛc.

Raba. Primo mēſus ē cōtra oriētalē plagā quīgētos calamos ꝑ girum. Secūdo ad aquilonē. tercio ad auſtrū. quarto ad mare. i. occidentē: per quattuoꝛ ſcʒ ventos murum in circūitu tam in longitudine q̄; in latitudine per quadrum. Qui murus habebat ſimul duo milia calamos: Si autem calamus ſex cubitorum erat. et ſextę partis cubiti: perſpicuum ē murū exterioꝛem habuiſſe per circūitū calamos duo milia: qui faciūt cubitos duodecim milia. ccc. xxxiij. ⁊ trientem de duobus milibus calamorum. In libro aūt hieſu naue ī ſuburbanis hęc mēſura diligēt̄ ſeruat̄. Legio q̄q; demonū hūc numer̄ eligit ī ſuffocationē porcoꝝ vt qui a ſeruientibus deo precepto domini ſeparatus eſt: in cōtrariam partem referret̄: ad perditionem eorū qui vitā ceno dignam ⁊ ſordib⁹ ducūt. Omiſ aūt murus qui eſt exterioꝛ. et habet ſpacioſā longitudinē ⁊ latitudinē ꝑ quadrū. apłorum ꝯtinet numer̄. i. xij. milia. vt ſingulis aplīs millenuſ numer⁹ īputetur. ⁊ tamē ad mēſurā plenitudinis xp̄i ⁊ perfecti viri nō veniat niſi iūgatur ei ⁊ paleſtes qui trecentos. xxxiij. facit cubitos ⁊ terciā ptē cubiti: ꝑ quę miſteriū trinitatiſ demōſtratur quę cingit ⁊ vallit oīa ⁊ habitores tēpli ſui ꝯ̄ſtat tutiſſimoſ. Vnde arca noe trecentorum cubitorum habet longitudinem. ⁊ xxx. cubitorum altitudinem: q̄ vno cubito conſūmat̄ Q: aūt ibi addūt̄ quinquagīta cubiti ī latitudine: remiſſionis ſacramentum eſt. Vnde et domi⁹. xxx. annorum venit ad baptiſmum. ⁊ ezechiel in principio voluminis annū poſt triceſimū. q̇ tricēteſim⁹ triceſim⁹ numer⁹ trib⁹ additis et tercia parte cōplet̄. Illud aūt qd̄ lxx. habēt. ⁊ nr̄ā tranſlatio dū celeritate dictādi min⁹ caute ꝑſpicim⁹. ſ. murū eius vndiq; ꝑ circūitū lōgitudinē quīgētoꝝ cub. veritas hebraica nō habꝫ ſed ſīpliciter longi. q̄ngētoꝝ: ⁊ lati. q̄ngētoꝝ vt ſͣ audiat̄ calamoꝝ

† ſ ductor meus ſcʒ qui duxit in atrium exterius ⁊ ſupradicta monſtrauit. gazophilacia quoq; vel exedras. de quibus multa dicta ſunt.

ingredientibus. Et † dixit ad me: ga
ſ que ſcʒ ſunt ad aquilonem ⁊ auſtrum.
zophilacia aquilonis ⁊ gazophila
cia auſtri: quę ſunt ante ędificium
ſeparatum: hęc ſunt gazophilacia
ſancta: in quibus veſcuntur ſacer
dotes qui appropiquant ad domi
num in ſancta ſanctorum. Ibi po
ſ victimam olocauſti.
nent ſancta ſanctorum: et oblatio
ſ ignorantie.
nes pro peccato ⁊ pro delicto. Lo
cus enim ſanctus eſt. Cum autem
ingreſſi fuerint ſacerdoteſ: nō egre
dientur de ſanctis in atriū exteri
ſ intrinſecus. ſ in penetralibus templi.
us. Et ibi ponent veſtimenta ſua:
† ſ ideo ad eos qui perfectam non habent ſanctitatem non debent profiteri
in quibus miniſtrant: † quia ſancta
ſunt: veſtienturq; veſtimētis aliis
⁊ ſic procedent ad populum. Cun
ſ vir ſupradictus.
q; compleſſet menſuras domuſ in
ſ nō in atrium exterius ſed per viam porte. ꝛc.
terioris: eduxit me per viam portę
quę reſpiciebat ad viam orientalē
ſ primum. ſ alias ſimilitudinem domus per circūitum in ordine
⁊ menſus eſt eam vndiq; per circū
itum. Menſus eſt autem cōtra vē
ſ plagam ſcʒ.
tum orientalem calamo menſurę
quingentos calamos: in calamo
menſurę per circūitū. Et menſus
eſt contra ventum aquilonis quin
gentos calamoſ: in calamo menſu
rę per girum. Et ad ventum auſtra
lem menſus eſt quigētos calamoſ
in calamo menſurę per circūitum.
Et ad ventum occidentalem men
ſus eſt quingentos calamos: in ca
lamo menſurę. Per quattuoꝛ vē
tos mēſus eſt murum eiuſ vndiq;
per circūitum: longitudinem qui
gentorum cubitorū: ⁊ latitudinē
quingentorum cubitorū: diuiden
tem inter ſanctuariū ⁊ vulgi locū

C. XLIII.

ET duxit me
ad portam quę reſpici
ebat ad viam orientalem. Et ecce
gloria dei iſrael īgrediebatur per
ſ deo
viam orientalem. ⁊ vox erat ei qua
ſ aque multe populi multi.
ſi vox aquarum multarū. Et terra
ſplendebat a maieſtate eius. Et vi
di viſionem ſcd̄um ſpeciem quam
videram quando venit vt diſper
deret ciuitatem: et ſpecies ſcd̄um
aſpectum quē viderā iuxta fluuiū

Longitudinē quingēto. Quingēteſim⁹ q̇ vicin⁹ ē quīq̄genario: ad remiſſionē oīm ꝑtinet peccatoꝝ: vn̄ vn⁹ debat denarius quīgētos. ⁊ ali⁹. l.

Diuidentē in. ſanc. Ex h̄ habem⁹ omnē ſupra tēpli deſcriptōꝫ: ſacerdotū q̇ ſunt filij ſadoch miſterijs fuiſſe delegatā. Hūc murū aūt tanto ſpacio dilatatū vt vniuerſa contineat ſeparare ſanctuarium et vulgi locū

Per viā ori. Per quā egreſſa fuat. qn̄ ciuitas dn̄i furore ꝑcuſſa ē Ingredit̄ aūt: imo regredit̄ ad eā: q: tēplū dn̄i ī mōte mōſtrauat. ⁊ tn̄ mlto pl⁹ ē qd̄ ī ſeq̄ntib⁹ dr: Leuauit me ſp̄ſ. ꝛc. h̄ cū glā tn̄ dei iſrl̄ īgredit̄. ibi dr ꝙ pleitudo glę dn̄i fuit ī tēplo. vn̄ ⁊ yſai. vidi dn̄ꝫ ſedentem ſuper thronū excelſum ⁊ eleuatū: ⁊ plena dom⁹ gloria eius. quod eſt quādo reuelata facie gliam dn̄i cōtēplantes reformamur in imaginem creatoris.

Et uox erat. Vna ꝓpter vnū in laude dei conſenſū: q̄uis aquarum

multarū. Reſonat aūt vox canētiū patri ꝛ filio ꝛ ſpirituiſancto. Sanctus ſanctus ſanctus d. d. ſa. ꝛc.

Raba. Et terra ſplēdebat a maieſtate eius. Qd̄ in aduētu xp̄i ꝓprie factū eſt. qn̄ in omnē terrā exiuit ſonus apl'oꝝ. ꝛ i. fi. or. t. v. e. Et quotidie īpletur ī credētib⁹. ꝛ pfecte cōplebit' qn̄ corruptibile hoc īduet īcorruptōem

Chobar. Quod onus pōduſqꝫ ſignificat. Quid enī grauı⁹ flumib⁹ babilonis? De q̇bus. Super flumina babilonis illic ſedimus ꝛ fle. dū re. t. ſ. De quib⁹ ſcriptuꝫ eſt. Preterit eīm figura huius mūdi. Nihil enī in hui⁹ ſeculi cōfuſione ꝑpetuuꝫ: ſed oīa ꝑtereūt ꝛ fluunt. Qui aūt hec ꝯſiderat cadit ſup faciē ſuā. itelligēs qꝫ procul ſit a maieſtate dei. et flectit genua ad patrem in nomine hieſu chriſti.

Et locuſ ve. Adorabimus ī loco vbi ſteterūt pedes eius. et pulchre dicit': apoſtoli ſteterūt. In eccleſia enī ſtāt pedes domini In ſynagoga ambulant ꝛ ꝑtereunt.

Qui fabricati ſunt. ꝛc. Raba. Audiāt ad litteraꝫ mulierculę onerate peccatis que circūferūtur omni vento doctrine. ſemp diſcentes: ꝛ nunqꝫ ad ſciētiā veritatis peruenictes. mētem iunctaꝫ deo nō vicinitatem eccleſiarū ꝛ ꝓximā habitatōnem dei in ſe prouocare demētiā: ſꝫ potius dei indignatōem cōmoueri: qn̄ in conſecratis locis habitant indigni.

Et poſtes ſuos Vt vnuſ ſacerdotum ꝛ laicoꝝ eſſet introituſ Vn̄ apl's: Probꝫ autē ſeipſum homo: ꝛ ſic accedat ad corpuſ ꝛ ſāguinē dn̄i.

Et murus erat inter me. Vt ſacerdotalia ſacrificia et loca ſacramētoꝝ corpis et ſāguinis dn̄i breuiſſimus mur⁹ diuideret

Et polluerūt no. ſanc. m. ꝛc. Raban̄. Qui prodeſt habitatōis vicinia. ꝛ medius inter cellulam noſtraꝫ ꝛ altare domini paries. cum his que ſecreto facim⁹: et qꝫ turpe eſt etiam dicere: cōtamiet' ꝛ polluat' nomē domi.? Ego arbitror ꝙ nō polluat nom̄ dn̄i niſi ille qui viſus eſt nomī eius credere: ꝛ ex illius ceſeri vocabulo. Et quomō tollit mēbra xp̄i vt faciat mēbra meretricis: qui prius xp̄o credidit: ſic ille polluit nomē domī: qui prius fidē noīs eiuſ ſuſcepit. Alioquin ethnic⁹ ꝛ iude⁹ cum ſit polluti: ꝛ cōtaminatio ipſa atqꝫ pollutio nomē dn̄i polluere et cōtamīare nō poſſunt: ꝙ polluūt: ad q̄s dr̄. Per vos nom̄ meū b. i. g.

Et habitabo in me. eo. Boni operis ſtatim premiū pollicetur. et habitabo in medio eoꝝ. Vn̄: Medi⁹ veſtꝝ ſtetit quē vos neſcitis. Nō ꝑ uo tp̄e vt in ſynagoga: ſed ſp̄ qd̄ in chriſti eccleſia cōprobatur.

chobar. Et cecidi ſuper faciem me-

ſ cum corruiſſem

am. Et maieſtas domini ingreſſa ē

templū: per viaꝫ porte que reſpici-

† ſ quia iacens pergere nō valebam.

ebat ad orienteꝫ † Et leuauit me ſpi-

ſ quia foris cecideram.

rituſ: ꝛ introduxit me in atrium in-

† ſ quaſi qui prius conſpexeram gloriā domini iſrahel venientem ꝑ viam orientalē vidi repletam domum gloria domini.

terius. † Et ecce repleta erat gloria

† ſ non dicitur quid. niſi forte illud apoſtoli. Audiui arcana verba que nō l. h. l.

domini domuſ. Et audiui † loquē-

ſ interiori. ſ ſcꝫ domin⁹. cui ſoli cōuenit qd̄ ſequitur. locus ſo m. ꝛc.

tem ad me de domo. Et vir qui ſta-

bat iuxta me dixit ad me: Fili hoīſ

† ſ eccleſia. ſ factus eſt in pace locus eius. que exuperat omnē ſenſum.

locus ſolij mei: ꝛ † locuſ veſtigiorū

pedum meoꝛuꝫ: vbi habito in me-

† ſ dominū cernētium. † ſ nō ad tempus ſicut in tēplo ſalomonis. † ſ hi ſunt qui ſancte ꝛ pure in eccleſia conuerſātur

dio filioꝝ † iſrl' † īeternū. Et n̄ † pollu-

et vltra dom⁹ iſrael nomen ſāctuꝫ

ſ tam populus qꝫ reges eoꝝ. ſ polluerūt ſcꝫ. ſ quibus a deo fornicati ſunt.

meum: ipſi ꝛ reges eoꝝ in fornica-

† ſ qui fruſtra ſibi regiū nomē aſſumebāt

tōnib⁹ ſuis ꝛ in † ruinis regum ſuo-

ſ arrogans enī offendit deū. humilis ad miſericordiam prouocat. ſ ꝑ ſuperbiā.

rum ꝛ in excelſis. qui fabricati ſūt

ſ vt nihil eſſet inter ſanctū ꝛ prophanū.

limē ſuū iuxta lim̄ meū. ꝛ poſteſ ſu-

ſ quod prius

oſ iuxta poſteſ meoſ ꝛ mur⁹ erat in-

ter me ꝛ eoſ. Et polluerūt nom̄ ſāc-

tū meum in abominatōibus qſ fe-

ſ cauſas ſcꝫ ſuꝑiores

cerūt. propter quod cōſumpſi eoſ

† ſ Quaſi dicat domin⁹ ꝓphete: precipe tamen vt amoueant f. ſ. ꝛ.

in ira mea. † Nūc ergo repellant ꝓ-

cul fornicatōnem ſuaꝫ: ꝛ ruinas re-

Oſtende domui. ꝛc. Rab. Non parui opis eſt ꝙ oculis carnis vel mente conſpexeris: audientibus demonſtrare: vt ipſi tecū videātur vidiſſe

Templum. Hieronimus. Quod in monte immo in ſūmitate montis: quod non illam domum putemus que a ſalomone in regum et in paralipomenon libris conſtructa narratur. Illa enim alteriuſ ordinis atqꝫ mēſure eſt. et in ſingulis magnam diuerſitatem habenſ tanto inferioꝛ templo quod nūc oſtenditur ezechieli: vt non ſolum cultores ei⁹ et editui: ſed ꝛ ipſe fabricatoꝛ ei⁹ ſalamō peccauerit ꝛ deū offenderit: licet poſtea pęnitentiaꝫ egerit ſcribens prouerbia. in q̇buſ ait Nouiſſime ego egi pęnitentiam: ꝛ reſpexi vt eligerem diſcipliniam. Iſta aūt qꝫ per ezechielem domui iſrael oſtēditur: talis eſt vt que in mente conſpexerit: ceſſet ab iniquitatib⁹ ſuis pre deſiderio illi⁹ Vnde: Domine dilexi decorē domus tue: ꝛ locum habitati tue. Et Vnam petij a domino: vt in. in domo domī omnib⁹ diebus vite mee. cum ceꝑero ſcꝫ viuere et eſſe cum chriſto. qui eſt vita credentium.

Deſcriptōnes In domo patris mei manſiones multe ſūt. Et alibi. Statuit terminos gentium iuxta numerum filioꝛuꝫ iſrahel. vel filioꝛū dei.

Sanctum ſanctoꝛū eſt. Rabanuſ In tabernaculo qd̄ fabricatū ē a moiſe. ꝛ ī tēplo qd̄ a ſalomone: interioꝛa tantū vbi erāt cherubin: ꝛ ꝓpiciatorium: ꝛ arca teſtamenti ꝛ menſa thimiamatis appellabant' ſancta ſāctorum: ſed in hac domo oīs termini reputant' ī ſancta ſāctoꝛum

Iſte aūt menſure. ꝛc. Ra. Abyſſuꝫ ꝛ ſapientiā qs īueſtigabit. O ꝓfūdū ſapiētię ꝛ ſciētię dei ꝛc. In exodo altare quīqꝫ cubitorū in lōgitudine. ꝛ. v. in latitudine. hic recedens a ſenſibus quiqꝫ tendit ad vnionem. in quo cubitus veriſſim⁹ cui iungitur palmus. id eſt. paleſtes. ſextam habēs cubiti partem.

Et cubitus in latitu. Rab. Vt et interioꝛa. i. ſecreta ꝛ ſpacia altaris: que in latitudine demonſtrant': vno cubito finirēt'. Et diffinitio e. vſ. ad. la. In circūitu altaris. i. in margine ꝛ circulo repandū labium fuit quaſi corona in modū lilij viſu pulcherrimum.

Illud breuiter demonſtratur ꝙ in circūitu ipſius altaris in margine. ſ. ꝛ in circulo ipſius altaris repandū fuerit labium. ꝛ quaſi corona in modū lilij aſpectu decoꝛa.

Hec quoqꝫ erat foſſa. Inferioꝛa enī ꝛ profunda ꝛ terre coherētia quali numero qui immūdis aīalibus congruit continent'. Supioꝛa auteꝫ

ſ quia talia abominoꝛ

gum ſuoꝛuꝫ a me: ꝛ habitabo ī me-

ſ non ad tēpus qd̄ in ſynagoga

dio eoꝛum ſemper. Tu autem fili

† ſ eoꝛū ſcꝫ qui animo deū cōſpiciūt.

hominiſ oſtende † domui iſrahel tē-

ſ viſo templo. ſ mente. ſ magnum premium viſi templi.

plum. et confundantur ab iniqui-

tatibus ſuis: et metiantur fabricā

ſ viſis fabrice menſuris ꝛ ratōnibus

et erubeſcāt ex omnibus que fece-

runt. Figuram domus et fabrice

† ſ eoꝛū ſcꝫ qui egrediuntur ad eos qui foris ſūt † ſ eoꝛū ſcꝫ qui ꝑ magiſtroꝛū diſciplinā ad alta ꝛ interioꝛa penetrāt.

eius: † exitus ꝛ † introit⁹: et omneꝫ

ſ lex. ſubſtātiā. id ē. ſuppellectilem. diuitias ſcꝫ

deſcriptionem eiuſ: ꝛ vniuerſa pre-

cepta eius: cunctūqꝫ oꝛdinem eiuſ

† ſ qui cōfuſi ſunt ſuper iniquitatibus ſuis.

et omnes leges eius oſtendes † eiſ

ꝛ ſcribes in oculis eoꝛuꝫ: vt cuſto-

ſ ideo oſtendes: vt cuſtodiant. aliter nihil prodeſt ſcire deſcriptionem.

diant omnes deſcriptōnes eius: ꝛ

ſ opere.

precepta illius ꝛ faciant ea. Iſta ē

ſ que eſt ſcꝫ. † ſ non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montē poſita. de qua. fluminis impetus letificat c. d. id ē. eccleſiā.

† ſ qui vertex montiū. a quo vulneratus pricepſ tyri.

lex domus † in ſummitate † mōtis.

ſ termini. ſ domus.

omnes fines eius in circūitu ſan-

ſ dicta ſcꝫ vel dicēda

ctū ſanctoꝛuꝫ eſt. Hec eſt ergo lex

domus. iſte autem mēſure altaris

ſ perfecto

in cubito veriſſimo: qui habebat

ſ altaris.

cubitum et palmum. In ſinu eius

ſ qui ſcꝫ ea que igne columebantur ſuſcipiebat. ſ alius.

erat cubituſ: et cubitus ī latitudie

ſ alias terminus. ſ pro quo ſupra coronam poſuit hieronimus.

et diffinitio eius vſqꝫ ad labiū ei⁹

ſ altitudo cauature.

et in circumitu palm⁹ vnus. Hec

ad crepidinē ſiue ad ꝓpiciatoriū ꝑuenientia vniuſ cubiti habent latitudi
nē· vt ꝺualis numerus trāſeat ad ſolitariū · ⁊ bonū nuptiarū qꝺ inferi⁹ eſt
ad vnionis perueniat beatitudinem.
A crepidine minori vſq; . Ra. A propiciatorio minori ⁊c. Pro
piciatoriū min⁹ lapis exciſus de monte ſine manib⁹. Propiciatorium ma
gnū ipſe lapis qui creuit ī mōtē magnū: ⁊ ipleuit orbē vniuerſuꝫ. Vel ꝓpi
ciatoriū min⁹: qū ſe exinaniuit formam ſerui accipiens. Propiciatoriū ma
gnū: qū recepit gloriā

cto· ⁊ imitante vnā diuinitatē. Vn̄ apl̄s. Deus erat ī xp̄o: mūdum reconci
lians ſibi· cui⁹ propiciatōe et peccatores ⁊ iuſti reconciliant̄.
Gradus aūt eius. ⁊c. Ra. Hi ſunt· xxiiij· libri veteris teſtamenti:
qui habēt ī apocalipſi iohis cytharas· ⁊ in capitib⁹ coronas. Vel ſacramē
ta patris ⁊ fi· ⁊ ſ· ſ· in q̄ nobis dat̄ vera ꝓpiciatio. Et propt̄ hoc graduū nu
mer⁹ īcert⁹ relinquit̄· vt quātocūq; ſtudio ad altiora cōſcēderim⁹: putem⁹
nos eſſe ī iferiorib⁹· cogitātes illud. Ibūt de virtute in virtutem.

quā habuit apud pa
trem anteq̄ mūdus fi
eret· prius eīm xp̄i hūi
lia agnoſcim⁹: ⁊ ſic ad
diuinitatis altitudinē
ꝑuenim⁹. Et tam̄ vtri
uſq; nature propicia
toriū ad vnius altariſ
ꝑtinet ſacramētū. In
ter duo aūt propicia
toria quattuor cubita
q̄ttuor mūdi elemēta
ſignificātia· q̄ ⁊ ipſa ꝑ
ueniunt ad vni⁹ cubi
ti latitudinē. Et notā
dū q̄ ī mēſura altaris
prim⁹ cubit⁹ in latitu
dine nulli copulat̄ ſed
ſua vnione ꝑfectus eſt
Secūduſ aūt latitudi
nis cubit⁹: poſt duos
cubitos creſcit ad ſum
mū. Et terci⁹ poſt pro
piciatoriū min⁹ et ma
ius ꝑ quattuor elemē
ta ad vni⁹ cubiti miſte
riuꝫ tendit· vt vnus et
alter ⁊ tercius cubitus
in altari dn̄i: nō ꝑmus
ſecūdus ⁊ terci⁹ ſꝫ vn⁹
⁊ vnus ⁊ vn⁹ eē dicat̄

Ipſe aūt ariel.
Lux mea deus ſcd̄um
quoſdā · ſcd̄m hieroni
muꝫ leo vel fortis dei
Qꝺ ad altare ꝓprie re
fertur · in q̄ vel illumi
natio dei eſt· vel leo ⁊
fortitudo eius. Vnde
catul⁹ leonis fili mi iu
da ⁊c. Cubitorū autē
quattuor eſt· ⁊ q̄ttuor
cornua hēt· ſiue ſupio
ra q̄ttuor cornuū vno
cubito finiūt̄: vt euan
gelioꝝ mēſura ⁊ in to
tuꝫ orbē fortitudo diſ
currēs ſub illumiatōis
dei ⁊ leonis fortitudīe
demōſtret̄· ad vnūq;
cubitū ꝑueniāt diuine
confeſſionis.

quoq; erat foſſa altaris: ⁊ de ſinu
(propiciatoriū maximū.)
terrę vſq; ad crepidinē nouiſſimā
duo cubiti ⁊ latitudo cubiti vniuſ
(lxx a propiciatorio minori vſq; ad propiciatorium maius·)
⁊ a crepidine minori vſq; ad crepi
dinem maiorem quattuor cubiti:
⁊ latitudo cubiti vnius. Ipſe autē
ariel quattuor cubitorū: ⁊ ab ariel
vſq; ſurſum cornua quattuor. Et
(paulatim manifeſtat.) (†propter duodecī tribus· ⁊ apoſtolos duodecim.)
ariel †duodecim cubitorū in longi
tudinē per duodecim cubitos lati
tudinis: quadrangulum ęquiſ late
(lxx· propiciatoriū· Simach⁹ circūitum)
ribus. Et crepido quattuordecim
cubitorum longitudinis ꝑ quattu
ordecim cubitos latitudinis in q̄t
(lxx· ſi on·)
tuor angulis eius: ⁊ corona in cir
(† propiciatorii.)
(†† Simachus cōſummatio)
cūitu †eiuſ dimidiū cubiti: et ††ſinuſ
eius vnius cubiti per circūitum.
(propiciatorii)
Gradus autē eius verſi ad oriētē.
Et dixit ad me: fili hominis hęc di
cit dominus deus: Hi ſunt ritus
altaris in quacūq; die fuerit fabri
catum: vt offeratur ſuper illud o
locauſtum: et effundatur ſanguis
Et dabis ſacerdotibus et leuitiſ q̄

(ſ· i· iuſti)
ſunt de ſemie ſadoch: qui accedūt
ad me ait dominus deus: vt offe
(qui pro nobis imolatus eſt)
rant michi vitulum de armento ꝓ
(† quo redempti ſumus)
peccato. Et aſſumenſ de †ſanguine
(quia in hoc ſanguine purificantur quattuor plage mundi) (altaris·)
eius pones ſuꝑ· iiii· cornua ei⁹. et
(alias propici.)
ſuper quattuor anglos crepidinis
(vt vniuerſa purgentur· ⁊ ſit firma propiciatio.)
(alii baſim) (propiciatorii·) (altare chriſti expiatur ſanguine: vt orationeſ ſanctorū mūde ꝑueniant ad deū)
et ſuper coronaꝫ in circūitu: ⁊ mū
dabis illud ⁊ expiabis. Et tolleſ vi
tulum qui oblatus fuerit pro pec
cato: et combures illum in ſepara
to loco domus extra ſanctuarium
Et in die ſecunda offeres hircum
caprarum immaculatuꝫ pro pecca
(† in hirco)
to· ⁊ †expiabunt altare ſicut expia
uerunt in vitulo. Cumq; compleue
(†† moyſen mitiſſimum)
ris expianſ illud: offereſ ††vitulum
(† heliam ſimilem moyſi· vnde audet dicere: ego relictus ſum ſoluſ)
de armēto immaculatuꝫ: ⁊ †arietē
de grege immaculatū ⁊ offereſ eoſ
in conſpectu domini. Et mittent
ſacerdotes ſuper eos ſal· ⁊ offerēt
(† expiato altari.)
eos olocauſtum domino. †Septē
(ſermonē)
diebus facieſ hircum pro peccato
(operationem)
quotidie: et vitulum de armento:

Et dixit ad me.
Hiſ oſtenſiſ docꝫ vir
ſupradictus quō ope
ꝑfecto altare debeat
expiari ⁊ cōſecrari. pri
mū ſcꝫ offert̄ victima
⁊ datur ſacerdotibus
Holocauſtum
Ra. Nota q̄ vitulus
totuſ offertur ī olocau
ſtū: ⁊ craſſitudo corpiſ
ei⁹ diuino igne conſu
mitur. Et ſi enim noui
mus xp̄m ſcd̄m carnē
ſꝫ iā n̄ nouim⁹. Hirc⁹
aūt ſecundo die offert̄
quidē in victimā: ſed
holocauſtū dn̄i ꝑſtan
tię reſeruatur. Notan
duꝫ q̄ꝫ q̄ iuxta hebra
icum ipſe ezechiel qua
ſi ſacerdos · vitulū iu
betur aſſumere· ⁊ holo
cauſtuꝫ facere. ⁊ ſāgui
nē eius in circūitu aſꝑ
gere tam altaris q̄ꝫ an
guloꝝ ⁊ corōe ſiue ba
ſis. Lxx. autē alios ſa
cerdotes hoc facere de
mōſtrant. Sed ⁊ ipſe
ezechiel de numero ſa
cerdotum eſt.
Hircum capra
rum. Quod eſt aīal
ſꝑ ad excelſa feſtinans
⁊ in ꝑcipicijs nichil pi
culi ſuſtinēs: ⁊ illic iue
nit viā vbi alia aīalia
ruinā. vn̄ grece capra
rū grex ſublimiuꝫ con
uerſatio dicit̄.
Paſcha facturi aſ
ſumūt de grege agnuꝫ
et hedū: Et q̄ ꝑmo fa
cere paſcha n̄ potuerīt
ī ſcd̄o mēſe faciūt: q̄rū
alteꝝ ad penitētes: al
terū ad iuſtos ꝑtinet.
Vitulum de ar
mēto imac. et ari
etem ⁊c. Rab. Moi
ſes ⁊ helias videntur ī
mōte cū dn̄o · i· lex ⁊ ꝓ
phete· qui annūciabant ei q̄ paſſurus eſſet in hieruſalem.

Quadrāgulū ęquis lateribus. Per q̄ttuor latera vndiq; du
odecī cubiti ſiſ efficiūt· xl· ⁊ octo cubitos ſacerdotaliū ciuitatū: vt his quaſi
fūdamētis in toto orbe diuiſis eccleſię fortitudo ſolidetur.
Et crepido quattuordecim cubi. Significat q̄ dn̄us noſter q̄
vere propiciatoriū ē: nō ſolū ꝑ peccatis nr̄is ſed oī mōdo ꝑ q̄ttuordecim ge
neratōes venerit ab abraā vſq; ad dauid· et rurſū ꝑ alias q̄ttuordecim vſ
q; ad captiuitatē iechonię· et eiuſdē numeri ſacramēto ad terrena deſcēde
rit· vt in tercia theſſereſſedecade diuini numeri ſacramēto ſaluaret q̄ttuor
angulos mūdi· de quib⁹ dr̄. Multi veniēt ab oriēte ⁊ occidente aquilone
⁊ auſtro· ⁊ recūbēt cū abraā yſaac ⁊ iacob in regno celorū:
Dimidiu cubi· Pro peccatorib⁹ qui tantū ſaluantur mīa creatoris
Vnde Pro nichilo ſaluoſ f· i·
Unius cubiti. In quo iuſti ſaluant̄· numero ſcꝫ ſolitario atq; ꝑfe

Poſtq; altare ⁊ mēſurę eius ī ꝟtice mōtis demōſtrata ſūt: ⁊ cōſecratio
⁊ expiatio ꝑ vnū vitulū īmaculatū ⁊ hircum: ſiue duos hędos: ſcd̄um · lxx·
quorū vitulus ad xp̄m· ſequētes ad apl̄os miſtroſq; ꝑtinēt: ne in cōſecratō
ne ſpūalis altaris ⁊ proprie ad eccleſiā ꝑtinētis lex ⁊ prophetę videātur ex
cluſi. Ideo cōſecrato altari vitulus īmaculat⁹ aſſumitur ⁊ aries: ⁊ offerūt̄
in conſpectu dn̄i. Et filij ſadoch· i· iuſtorū ſacerdoteſ aſꝑgūt ſal ſuꝑ capita
eorū: vt lex ſcꝫ et prophetę ſapore euangelij cōdiantur. nec vllū ſacrificiuꝫ
ē iuxta legis īpiū: ⁊ apl̄m (qui ait: Sit aūt ſermo veſter ſale cōdit⁹) qꝺ ſa
le careat. Vtrūq; aūt offert̄ in olocauſtū dn̄o: vt corp⁹ qꝺ ſignificatur ī le
ge ⁊ ꝓphetię nubilū: igne dn̄i· i· ſpū ſancto (de quo dr̄: ſpū feruentes) in ſpi
ritualem et tenuem ſubſtantiam conuertantur
Hircum pro peccato. Vt per hęc ſacrificia ſeptē dieb⁹ ad ꝑfectū

expietur altare. In. vij. ſabbatiſm⁹ ſignificat qui pplo dei reſeruat. in quo verā requiē ſperam⁹. nec facim⁹ ſeruile opus peccati.

Raba. In birco ⁊ vitulo ⁊ ariete tria generalia delicta monſtrantur: quib⁹ humanū ſubiacet genus. Aut cogitōne em̄: aut ſermone: aut opere peccam⁹. Cogitatio ad arietē que pma ē oīm peccatoꝝ: ⁊ ex qua duo genera naſcunt. Hedus et hircus ad ſermonē q̄ de excelſiorib⁹ diſputat. Opa in vitulo ſignant. qui vomeri ⁊ labori ⁊ terrenis opib⁹ mācipat. hec igitur et īmaculata per dies ſeptē veri ſabbati atꝫ pfecti deo offerre debem⁹: ⁊ expiare altare: ut oratio noſtra munda ad deum pueniat.

Et implebūt ma. Donis ſcꝫ ſacrificij p pōtifice pro ſacerdotibuſ: pro pplo. vt nemo ſtet vacu⁹ corā dn̄o.

In die octaua. Vt dicant cū aplo reſurrexim⁹ cū xpo. ⁊ vltra octauā tēdāt ad celeſtia ⁊ offerāt pro nobis holocauſtū. ſiue q̄ pro pace peccatoꝝ noſtroꝝ: et ſalute nrā ſūt vt p ignē ſci ſpūs oīa q̄ cogitam⁹ loq̄mur et facim⁹: in ſpūalem ſubſtātiā cōuertātur.

Et conuer. me. Multe ſūt porte in deſcriptōe tēpli tā it⁹ q̄ꝫ foris. altariſ q̄ꝫ figura ⁊ cōſecratō ⁊ ſacrificia ſermo pterit⁹ pcurrit. q̄ finito: venit ad portā ſāctuarij exteriorem q̄ reſpiciebat ad oriē. ⁊ erat clauſa. Vn̄ ⁊ cōuertit me ad viaꝫ.

Porte ſanctu. De q̄. Ve vob ſcribe ⁊ phariſei hypocrite. ⁊ ve uob legiſ doctorib⁹ q̄ tollitis clauē ſciētie. Ipſi non īgredimi ⁊c. Hic ē liber ſignatus ī yſaia. hic ē liber cuiuſ nemo poteſt ſoluere et apire ſignacla: niſi leo de tribu iuda.

Porta hec clauſa erat ⁊c. Ra. Priuſ q̄ꝫ ſaluator hūanuꝫ corpus aſſumeret: ⁊ ſe formam ſerui accipiēs humiliarꝫ: clauſa erat lex ⁊ pphetia ⁊ oīs ſcientia ſcripturaꝝ. clauſus erat paradiſus. Poſtq̄ꝫ autem ille pependit in cruce: ⁊ ait latroni: hodie mecū eris ī paradiſo: ſtatī velū tēpli ſciſſū eſt: ⁊ omnia aperta ſūt: ablatoq̄ꝫ velamīe dicim⁹: Nos aūt reuelata facie glām dn̄i cōtēplātes ⁊c. Si ī xpo reuelata ſūt oīa: quō porta clauſa erit: ⁊ nō apietur? Sed q̄ꝫuis ad ſūmā ſciam venerim⁹: cōpatōe diuine ſciē nūc ex parte ſcimus: ex parte cognoſcim⁹. cum aūt venerit qđ perfectū ē eua. qđ ex par. eſt. Vn̄ et paul⁹. nūc perfectū ſe nūc īperfectū dicit. Eſt enī cōparatione aliorū pfect⁹ cōparatōne diuine ſcientie imperfectus.

Nō aūt porta oriētalis extra tim̄oſ mūdi ſēper clauſa ſit: iohēs aperit cū dicit: Deū nemo vidit vnq̄ꝫ. ſed vnigenit⁹ q̄ ē ī ſinu patris ipſe enarrauit. Quaſi alijs verbis dixerit. Eritq̄ꝫ clauſa pncipi: ⁊ pnceps ipſe ſedebit ī ea

*cogitationem.*

et arietem de pecoribus imaculatos offerent. Septeꝫ diebus expiabunt altare: ⁊ mundabunt illud:

*lxx. manus ſuas.*

et implebunt manum eius. Expletis auteꝫ ſeptē diebus: in die octaua ⁊ vltra facient ſacerdoteſ ſuper altare holocauſta veſtra: ⁊ que pro

*his delectatus.*

pace offerunt: et placatus ero vobis: ait dominus deus.

C. XLIIII.

Et conuertit me ad viam porte ſanctuarij exterioris: que reſpiciebat ad

*virgo maria. virgo ante partum. virgo in partu. virgo poſt partum.*

oriente: ⁊ erat clauſa. Et dixit do

*ſcripturarū ſcientia.*

minus ad me: Porta hec clauſa

*ad plenum.* *q̄ꝫuis perfectus cōpatione aliorū.*

erit: non aperietur: ⁊ vir non tran

*ſolus.*

ſiet per eam: quoniam domin⁹ de

*vnde. Spūſſanctus ſuperueniet in te. ⁊ virtuſ altiſſimi obūbrabit tibi.* *qui clauſis ingreſſus eſt hoſtijs.*

us iſrael igreſſus eſt per eam. Erit

*verbi dei.* *in cuius aduentu reſerabitur.* *lxx. vel duci.* *ad vſum eius.* *chriſtus ſcꝫ qui ē ſacerdos in eternū ſcđm ordinem mel. ipſe hoſtia.*

q̄ꝫ clauſa principi. princepſ ipſe ſe

*nobiſcum.* *celeſtem. ⁊ vinum. đ quo non bibam āmodo de hoc genimine vitis: niſi in regno patris mei. illo ſcꝫ regno de quo dicitur. regnū dei intra vos eſt.*

debit i ea: vt comedat panem co

*quia intus ē in omnibus infuſus*

ram domino. Per viaꝫ veſtibuli

*vt eos qui per ſe intrare non poſſunt introducat.* *quia foris eſt oībus circūfuſus*

porte ingredietur. et per viam

*vt alios introducat. ⁊ loquatur eis qui difficiliora non capiunt.* *vir predictus.*

eius egredietur. Et adduxit me per viam porte aquilonis in cōſpe

*templi ſcilicet.*

ctu domus. et vidi: ⁊ ecce imple

*templū ſcꝫ.*

uit gloria dei domum domini. Et

*maieſtatem ferre nō ſuſtinens*

cecidi in faciem meam. Et dixit ad

